penitentibus aperitur. O/igitur benignissime Deus/pia uoce/humili corde/tibi gratias agimus q ad peccatorum reconciliatione & ecclesiasticæ unionis cõseruationem filii tui Vicarium in terra/ordinare dignatus es: atq; sub eo/multos Episcopos & sacerdotes esse uoluisti: ut facilius miseris peccatoribus sanctæ matris Ecclesiæ gremium aperiretur. O/detestandã peccatorum ingratitudinem. O/uere summam Dei clementiam. Tibi O/dulcissime Iesu/quantas possum/ago gratias. Hos uero lachrymantes/totam ciuitatem Tholosanam/& totam christianitatem/tua infinita misericordia respicere digneris ac/benedicere: & nobis omnibus/in presenti cõferre gratiam/& in futuro gloriam: in qua uiuis & regnas trinus & unus per infinita seculorum secula. AMEN.

Fratris Thome Illyrici

Sermo popularis de ecclesiæ clauibus/ac pontificum potestate/in alma Tholosati ciuitate (quam per binam. xl. ac aduẽtũ/doctrinarum imbribus rigauit) declamatus & compilatus: fœliciter ad Dei gloriam/ac animarum salutem/explicit.

Incipit specialis tractatus

Fratris Thomæ/Illyrici: de potestate Summi Pontificis: contra Martinum Lutherum.



Quauis credo me satis in præcedenti sermone/ tetigisse de potestate summi Pontificis. Tamen ut tu christiane lector. penitus possis habere/siue intelligere quid sentio de potestate summi pontificis. (Saluo iudicio ecclesiæ). Iterũ clariori stillo/ quedam inferam. Et primo dico illud Hieronymi ad Eustochium/ in Epistola quæ icipit. Sæpissimo rogatu O/uirgo Xp̃i Eustochium. Ecce apostolo pænitẽti/succurrit qui est episcoporum episcopus: & maior gradus redditur plorãti/q̃ sublatus est deneganti. quod ut doceam/illud ostẽdo. ꝙ nullus apostoloꝝ nomẽ pastoris accepit. Solus. n. dñs Iesus christ⁹ dicebat. Ego sum pastor bonus. Et iterum. Me iquit sequuntur oues meæ. Hoc ergo nomen sanctum/& ipsius nominis potestatẽ/post resurrectionẽ suã/Petro pænitenti/concessit. Et ter negatus negatori suo/quã solus habuit/tribuit potestatem. ut non solum recupasse amplius penitendo/q̃ negando perdiderat/acquisiuisse. hæc ille. — Hierony. — Petro Christus cõcessit pastorale officium:

¶ Preterea ad idem cõfirmandum/adduco dictum Aug. in lib. ii. de baptismo paruuloꝝ. di. Solus enim Petrus inter apostolos primatum gerebat. Quãuis dicat quidam nouus Glosator/qui appẽllatur Martinus Lutherus Augustinianus. (quæ & quãta semina uit cõtra potestatem summi pontificis i partibus germaniæ/mundum nõ latet. Qđ dicta sanctoꝝ intelligunť de primatu honoris/ et non ptãtis. Contra se tamen/& cõtra illam distinctionẽ/quã nõ. probauit. immediate habet dictum Hieronymi in prædicta auctoritate: ubi dicit. ꝙ Nomẽ sanctum pastoris: & ipsi⁹ nominis ptãtẽ quã solus ip̃e Christus habuit: tribuit soli Petro post suam resurrectionem. Habet etiã contra se beatum Grego. qui in sermone quodam de cõi apostoloꝝ: expresse Petrum pastorem ecclesie uocat: — Augu. — Quidã nou⁹ glosator qui uocať Martinus luthe rus Augustinianus. — Dictũ Hierony. — Grego.

qd dicit. Certe ipse pastor ecclesiæ Petrus/quante debilitatis &c. Constat autē omnib⁹: Pastorem ecclesiæ ptātem habere sup oues totius gregis ecclesiæ. Igitur &c. Idem Greg. in registro. & habet: viii.q.i.c. In scripturis hanc ēt ueritatē profitetur uidelicet. ꝙ Petrus fuerit pastor ecclesiæ. cum dicit. Pastori sactæ ecclesiæ dicit: Symon Ioannis amas me. Pasce oues meas. Quæ sunt oues xp̄i? Nunqd oēs xp̄ifideles? Sequitur ergo ꝙ ex quo Christus indistīcte cōmisit Petro suas oues pascendas: ipse fuit uniuersalis pastor ecclesiæ. ❡Videte egregii doctores & uos xp̄iani lectores. quō iste bon⁹ uir posuit summū Pontificē tanq̄ asinum in cathedra/siue super cathedram/pro signo tabernæ. Dicitote mihi (obsecro) Velitis ne uos esse super cathedram cum honore/absq; aliqua dominatione/siue iurisditionis potestate? sicut erat quidam Guardianus nostri ordinis: qui tantummodo erat in capite mense/sine aliqua potestate/eo quia nesciebat compati alienis calamitatib⁹? Credo ꝙ nō. Si iste uir sciuisset distinguere. non ita conculcasset potestatē summi Pontificis/sicut conculcauit: male interpretando/& exponendo uerbum Christi: ac dicta sanctorum. ❡Animaduertite (obsecro). Non ego nego Christum claues dedisse ecclesiæ suæ in Epis & presbyteris: quia dicit Aug. in libro primo de doctrina christiana. Claues Christus dedit ecclesiæ suæ: ut quæ solueret in terra soluta essent in cælo/scilicet. ut quisquis ī ecclesia eius dimitti sibi peccata non crederet/seq; ab hiis correctus auerteret/in eiusdem ecclesiæ gremio constitutus: eadem fide/atq; correctione/sanaretur. Quisquis enim non credit sibi dimitti posse peccata: fit deterior desperando: quasi nihil illi melius/q̄ malum esse remaneat: ubi de fructu sue conuersionis infidus est. Sed dico ꝙ Petro tanquam principaliori executori clauium inter Apostolos eas dedit. ut patet in Euangelio. Tu es Petrus &c. Quod uerbum/describens Chrysostomus dicit. Vide qualiter Christus reducit Petrum ad excelsam de ipso intelligētiam. Illa enim se ei daturum promittit/quæ sunt propria soli⁹ dei/scilicet: peccata soluere: & ecclesiam immutabilem facere inter tot persecutiones/& temptationum procellas. Vnde ei plenaria potestas data est super totam ecclesiam: cuius fundamentum constituitur a/Christo post ipsum. Quod colligitur ex quattuor. ❡Primo ex singulari commissione: quia commissit ei dominus tria singulariter. Primo. auctoritatem clauium regni cælorum. ut patet in sacro euangelio. Vnde dr̄ in. c. petrus.

Idē Greg.

Exclamatio cōtra Martinū luthe.

Non negat frater Thomas christū claues dedisse ecclesiæ.

Chrysosto.

Primo.

ii.q.vii. Petrus potestatē regni accepit. Secundo.commisit pastu
ram ouium.Ioan.ultimo. Pasce oues meas. Vbi Chrysosto.ait. Id Chryso.
est.loco mei prepositus & caput esto fratrum tuorum. ut ipsi te in
loco mei assumentes/ubiq̧ terrarum te in throno tuo sedentē pre
dicent/& confirment. Tertio consolationem aliorum. Luc.xxii.
Tu aliquando conuersus/confirma fratres tuos. Super quo. B.
Cyrillus ait. Quasi dicat. Postq̄ me negato/ploraueris: & si peni Cyrillus.
tueris: corrobora cæteros fratres tuos/cum te principem aposto lo
rum deputauerim. Hoc enim decet/qui mecum robur es/& petra
ecclesiæ. ¶ Secundo patet ex singulari appellatione. & hoc tripli Secundo.
citer. Primo appellat ipm caput. Tu uocaberis Cephas.i.caput.
Cæphalim enim græce.idem est quod caput latine. Secundo.quia
appellauit ipsum ecclesiæ fundamentum. ut habetur Mat. xvi. Mat.xvi.
c. cum dixit. Super hanc petram edificabo ecclesiam meam.
Quod uerbum tractans Augustinus. in quoddam sermone qui Augu.
legitur in Cathedra sancti Petri. ait. Petrum itaq̧ fundamen
tum ecclesiæ nominauit: & ideo digne hoc fundamentum ec/
clesia colit: super quod ecclesiastici edificii altitudo/consurgit.
Tertio: quia appellauit eum beatum: ut in predicto.c.Mat. ha/
betur.cum dixit. Beatus es Symon baryona. idest filius Ioannis:
quia caro & sanguis non reuelauit tibi. ¶ Tertio patet ex singu Tertio.
lari responsione. Christus enim dubia multa dissoluens quæ ad om
nes apostolos spectabant. Petrus conuenienter semper respon/
debat primus inter apostolos. Et hoc tripliciter. Primo in fidei
conclusione. Vnde Mat.xvi.cum Christus quereret a/discipulis. Mat.xvi.
Quem dicunt homines esse filium hominis? Respondit Petrus
pro se & omnibus. Tu es Christus filius dei uiui. Super quo
beatus Chrysostomus dicit. De plebis opinione interrogat om/ Chrysosto.
nes. Sed omnibus discipulis interrogatis/Petrus tanq̄ os apostolo
lorum & caput pro omnibus r̄ndit. Secundo. in dimissione pctōꝝ.
Mat.xviii. Si peccauerit in te frater tuus. &c. Et r̄ndit Petrus. Mat.xviii.
Quotiens peccauerit in me frater meus/& dimittam ei. &c. Ioan.vi.
Tertio.in discipulorum separatione. Ioan.vi. Nunquid & uos uul
tis abire? R̄ndit ei Petrꝰ. Ad quem ibimus? Verba uitæ eternæ ha
bes. ¶ Quarto. patet etiam plenitudo potestatis quæ cōcessa fue Quarto.
rat Petro ex singulari signoꝝ ostēsione: quia multa signa ostēdit ei
dn̄s q̧ ipe esset caput apostoloꝝ. Primo in pedum ablutione: qa di
cit Aug. Ante quē nō pcessit aliꝰ. Scdo in maris piscatiōe: qa alius Augu.

Luc.v. apostolis/dixit. Luc.v. Laxate rhetia. Sed Petro/dixit. Duc in altum. tanq̃ capiti. Tertio singulari oratiõe: quia specialiter rogauit

Luc.xxii. pro fide Petri. Luc.xxii. Ego pro te rogaui petre: ut non deficiat fides tua. ¶ Sed qm̃ superius dictum est/Petrum esse ecclesie fun

Martinus Luth. damẽtum. Martinus Lut. aut aliqs alius aduersarius/oppositum posset dicere: ꝙ. s. solus xp̃s sit fundamẽtum ecclesiæ: & nõ Petrꝰ. qa fundamẽtum ecclesiæ non cõuenit homini puro: sed soli Chri

.i.Corin.iii. sto. Vnde Paulus .i. ad Corin.iii. Fundamẽtum aliud nemo põt ponere/præter id quod positum est: quod est Christus Iesus. ¶ Ad

Rñsio arg. quod Rñdeo ꝙ aliquo modo bene cõuenit Petro eẽ fundamẽtum ecclesiæ. Nam nõ solum ipse: sed etiã alii apostoli dicuntur funda

Apo.xxi. menta. scdm illud Apoc.xxi. Murus ciuitatis habens fundamẽta duodecim. & in ip̃is duodecim noia apostolorum. Ciuitas eñi illa/ aut est ecclesia militãs (& habetur propositum) aut triumphãs. & si illius ciuitatis cælestis/apostoli sunt .xii. fundamẽta/ubi nec prędicarunt, nec pro xp̃o sanguinem fuderunt: quanto magis erunt fundamenta ecclesiæ militantis/quam doctrinaꝝ imbribus rigarunt/& præcioso martyrio consecrarunt.

Duplex est ecclesie fundamentum. **Notandum** est igitur pro solutione argumenti/ꝙ duplex est fundamentum. ¶ Vnum

quidem primum & principale/sine quo nulla fundari põt ecclesia: quod qdem per se habet soliditatem: sicut rupes aliqua supra quã

Primum. ædificium cõstituitur. Et illud Christus est: ipso dicente/Ioan. xv.

Ioã.xv. Sine me nihil potestis facere. Sine me. s. primo & principali fundamento. Et de isto fundamento loquitur apostolus. Fundamentum

.i.Corin.x. aliud nemo ponere põt: &c. Vnde & .i. Corin. x. idem dicit. Petra

Mat.vii. eñ erat Christus. De qua dicitur Mat.vii. Fundata enim erat supra firmã petrã. Hec petra supra quam fundata erat ecclesia/cum dominus dixerat. Tu es petrus: & sup hanc petrã edifi. eccl. meã.

Aug. Quæ uerba exponens Aug. in lib. de uerbis dñi. dicit. Dñs noster Iesus xp̃s dixit Petro. Tu es pe. & sup hanc pe. edifi. ec. meã. super hanc petrã quã confessus es. sup hanc petrã quã agnouisti/dicens. Tu ex xp̃s filius dei uiui. Super me edificabo te. non me sup te. Nã uolentes edificare super homĩes dicebant. Ego sum pauli. ego sum apollo. ego uero cæphæ. Et alii nolentes edificare supra petrum: sed super petram/dicebant. Ego sum Iesu xp̃i. hec Aug. Hunc er

Apostolus .i.Corin.i. rorẽ circa ecclesiæ fundamẽtum uidens apostolus/reprobat .i. Corin.i. subiungẽs ad p̃missa uerba. Ego sum pauli. ego uero cæphæ.

ego autem Christi. Diuisus ergo est Christus? Nunqd Paulus cru/cifixus est pro uobis? Aut in noie Pauli baptizati estis? quasi dice ret. Non. Igitur neq; Petrus: neq; Paulus: neq; aliquis alius/citra Christum est aliquid in ecclesiae fundamentum. Ex his et patet: q non Petrus: sed petra in euangelio Christi designatur/cum dixit Christus. Super hanc petram edi. eccl. meam. Et hic aperte dicit quedam Glo. ibidem exponens. Super hanc petram. i. super hunc Christum in quē credis: quē unicum uoluit Deus suae ecclesiae esse fundamentum: apostolorum uero neminē. Vnde addit. Tu/es petrus a/me petra: ut mihi fundamēti retineā dignitatem. Ad idē/Aug. super Ioānem. Ecclesia in hoc saeculo diuersis tentationibus uelut imbribus/fluminibus/& tempestatibus/quatitur: sed non cadit/quia fundata est supra firmam petram: Vnde Petrus nomen ac cepit. Nō eīm a/petro petra: sed a petra petrus. sic nec Christus a/christiano: sed christianus a/Christo uocatur. Ideo quippe ait dñs. Super hanc pe. edi. eccle. meam: quia dixerat Petrus. Tu es Christus filius dei uiui. Super hanc petrā quā confessus es/edi. ec. meā. Petra autem erat Christus. haec Aug. Nō eim dictum fuit Petro. Tu es petra. sed/tu es Petrus. Haec igitur petra Christus est/lapis ille uiuus & angularis: de quo Petrus dixit. i. Pet. ii. Ad quem ac cedentes/lapidem uiuum ab hoibus quidem reprobatum: a/Deo autem electum/& honorificatum: & ipsi tanq̄ lapides uiui supedi ficamini domos spirituales: in sacerdotiū sanctum/offerentes spi rituales hostias/acceptabiles deo/per Iesum xpm. Et subdit. Pro pter quod continet scriptura. Ecce ponam in Syon, Glo. i. ecclesiā per Syon figuratam: lapidem angularem/summum probatum/electum/preciosum: & qui crediderit in eum non confundet. Idē habet. Ad Rom. ix. Per quae uerba ambo illi Romani apostoli Petrus & Paulus probant Christum ex scriptura lapidem esse & petram fundamētalem. De quo & apostolus alio loco/dicit. Iam non estis hospites & aduenae: sed estis ciues sanctorum & domestici dei: superedificati super fundamentum apostolorum & pphetarum: ipso summo lapide angulari xpo Iesu in quo omnis edificatio con structa crescit/in templum sanctum i domino. Super quo dicit Remigius. Fundamentum apostolorum/& prophetarum/oiumq;/xps est: qui in fide illius stabiliti & fundati sunt. Et infra. Ois enim qui fidem Christi habet: super ipsum fundatus est/ipso summo lapide an gulari Christo. Et cōcludit quod facit pro intellectu omnium quae

Christus dicitur petra.

Glo.

Aug.

Petrus a petra & non econuerso.

Petra ē xps.

.i.Pet.ii.

Ad Ro. ix.

Ad Ephe. ii.

Remigius.

dicta sunt: qm̄ Christus est fundamentum & lapis angularis summus. qa ab ipso incipit fides. & in ipso/& ab ipo perficitur/atq; cōpletur. Ideo oēs electi in ipso sunt fundati/coniuncti/& adunati. Et ꝓpter hoc ipse est lapis: de quo dicit propheta. Quē reprobauerunt edificātes/hic fact⁹ est ī caput anguli: qui facit ex utraq; unū. & conclusit iudeos & gētiles in unā ecclesiam tanq̄ duos parietes: sicut lapis ille in tēplo Salomonis ab edificantib⁹ reiectus: q postea sedit in summitate edificii: in angulo duos parietes coniungens: p quem Christus est figuratus. Ex quibus cōcluditur/ꝙ xp̄s est fundamētum principale/& radicale/& primum: super quod fundata est ecclesia: qa ab eo fides incipit. in eo stabilitur. Et præter ipsum nulla firmitas: nulla soliditas ieueniri pōt/quæ spiritualе posset edificium supportare: quia nō est datum aliud nomen hoībus in quo oportet saluos fieri: q̄ nomen Christi. ¶ Aliud est fundamentum minus pricipale/siue secundarium. quod qdem habet soliditatem non ex se: sed ex alio solido subiecto: sicut lapides qui primo superponuntur petræ. Sine isto fundamento posset quidē fundari ecclesia: licet de facto sine eo fundata non sit. Et tale fundamentū sunt apostoli: quia ipsi primo superedificati sunt Christo p fidē & charitatem. Et per operosam ꝑdicationem fidē Christi dilatauerūt: cōfitētes ipsum corā regibus/& principibus/& omni populo: minas iudicum/terroresq; tyrānoꝝ/usq; ad sanguinis proprii effusiōem. magna constantia/contēnentes. Vnde dixit Petrus cōminantib⁹ iudeis/& prohibentib⁹ ne oīno loquerentur: aut docerent in noie Iesu. Si iustum est in conspectu Dei/uos potius audire q̄ Deum: iudicate. Nō em̄ possumus quæ uidim⁹ & audiuim⁹/nō loq. Actuū iiii. Et Paulus multo magis cōualescebat & ɔfundebat iudeos/affirmās qm̄ hic est xp̄s. Actuū. ix. Et oēs apostoli unanimiter leuauerunt uoces suas ad Deum orantes. Dn̄e respice ī minas eoꝝ: & da seruis tuis/cum omni fiducia loq uerbum tuum: in eo ꝙ manū tuā extēdas ad sanitates/& signa/& prodigia fieri per nomē sancti filii tui Iesu. Et seqtur. Et repleti sunt oēs spū sancto. & loquebantur uerbum dei cum fiducia. Et uirtute magna reddebāt apostoli testimonium resurrectiōis dn̄i nr̄i Iesu xp̄i. & gratia magna erat in oīb⁹ illis. Actuū. iiii. Et qdē ibāt gaudētes a cōspectu cōcilii: qm̄ digni habiti sunt pro noie xp̄i cōtumeliā pati. Actuum. v. Et ideo in officio cōi apostoloꝝ canit ecclesia de ipsis apostolis. Isti sunt q uiuētes in carne plantauerunt ecclesiā sanguine suo. &c. Et in eodē officio

Christus est pricipale fū damentum.

Secundum fundametū.

Actuū. iiii.

Actuū. ix.

Actuū. iiii.

Actuum. v.

canitur. Isti sunt uiri sancti/quos elegit dñs i charitate nõ ficta: & dedit illis gloriã sempiternã: quo℞ doctrina fulget ecclesia ut sol & luna. Quia ergo ad ipso℞ predicationẽ augebatur credentium ui ro℞ & mulie℞ multitudo: ita ut in plateis eiicerent infirmos: & po nerent in lectulis/ac grabatis: ut ueniente Petro/saltẽ umbra illi⁹ obumbraret quẽpiam illorum: & sanarentur ab infirmitatib⁹ suis Actuum.v. Ipsi dicunt' fundamẽta ecclesiæ secũdaria: qa fidẽ xp̄i in cordib⁹ multo℞ plantauerũt: quæ est ue℞ spiritualis edificii fun damẽtum. Ad hebr.xi. Fides est substãtia re℞ speranda℞. Substan tia.i.fundamẽtum/& cã oium bono℞ sperando℞: faciens ea subsi stere in nobis. Sũt igitur apostoli fundamenta ecclesiæ fundantes ecclesiã non sup se: sed supra xp̄m primum uerum/& unicum prin cipale fundamentum. Nõ eñ ad se: sed ad Christum uocabant po pulum. Sunt fundamẽta fundata sup Christum: & fundantia sup Christum. Christus uero fundamẽtum fundans non fundatum. & ideo fundamẽtum fundamẽto℞. Et hoc est quod dicit Aug. sup ps.lxxxvi. Quẽadmodum apte dicitur. Christus est sanctussancto rum: ita figurate dicitur fundamẽtum fundamẽto℞. Si ergo sacra mẽta cogitas: xp̄s est sanctussancto℞. si gregem subditum cogitas: Christus est pastor pasto℞. Si fabricã cogitas: Christus est funda mentum fundamẽto℞. Quia ergo apostolis nõ cõuenit ratio fun damenti principaliter/& primariæ. Ideo qñq; ab eis negat'/q̄ sint ecclesiæ fundamẽta scd̃m modum scripturæ: qui sepe ea negat ab eis quæ nõ principaliter cõueniunt illis: licet cõueniãt secũdario. Sic eñ: nemo bonus nisi solus deus. & de baptista domini dr̄ Ioã.i. Non erat ille lux. & tñ de apostolis/quib⁹ minor non erat Ioãnes: dicit'. Vos estis lux mundi. Mat.v. Et rursum de Ioãne. Ille erat lu cerna ardens/& lucens. Ioan.v. ¶ Itaq; scripturæ quæ sonant q̄ solus Christ⁹ fundamẽtum sit: & q̄ sibi soli fundamenti dignitatẽ retinuit: intelligi debẽt principaliter: cum quo stat q̄ apostoli sint fundamẽta scdaria: sicut i fundamẽto corpalis edificii petra ponit' supra petrã. una tñ est oium fundamẽtũ oia supportãs. Ita apostoli sunt fũdamẽta sup xp̄m oia supportãtẽ fundata. Et iter apostolos Petr⁹ ꝑpter fidei suæ soliditatẽ & constantiã qñq; petra dr̄: & præ cæteris apostolis ecclesiæ fundamẽtum. Tum prio: qa ipsæ prim⁹ fuit cõfessor hmõi fidei. supra quã ecclesia fundata est. Vñ beatus Ambr. in homel. lib.i. ait. Fidelior factus est Petrus postq̄ fidẽ per didisse defleuit: atq; ideo maiorem gratiam repperit q̄ amisit: tanq̄

Actuum.v. Apostoli di cunt' funda menta eccle siæ scdaria. Ad hebr.xi. Augu. Quare ne gatur aliqñ apostolos eẽ fundamẽta ecclesiæ. Ioã.i. Mat.v. Ioã.v. Scripturæ q̄ sonãt q̄ sol⁹ xp̄s sit eccle siæ fũdamẽ tũ quõ itelli gi debent. Quarẽ petr⁹ dr̄ fundamẽ tũ ecclesie. Ambro.

enim bonus pastor tuendum gregem accepit: ut qui sibi ante infirmus fuerat: fieret firmamẽtum oibus: & qui se interrogationis tẽtatione/mutauerat: cæteros fidei stabilitate fundaret. Deniq; propter soliditatẽ deuotionis/ecclesiarum petra dicitur: sicut ait dñs. Tu es Petrus. &c. Et subdit Ambro. Petra dicitur eo ꝙ primus in nationib⁹ fundamenta posuerit: & tanq̃ saxum imobile. s. a/finali constãtia totius corporis christianitatis cõpagem/molemq; contineat. hæc ille. Hinc & . B . Cyprianus (ut habetur di. xciii. c. qui) ait. Qui cathedram Petri supra quã fundata est ecclesia deserit in ecclesia se esse nõ confidat. Et Aug. in epistola seu libro cõtra epistolam donati. & in sermone de cathedra Petri. Petrum ecclesiæ fundamentum nominat. Tum secundo quia quantum ad potestatem iurisdictionis ecclesiæ: ꝑut structura ecclesiæ surgit secundum diuersos gradus ipsius potestatis. sic Petrus est iste super quẽ ipse Christus post se fundauit ecclesiam/dãdo sibi claues ecclesiæ: faciens eum solum generalem uicarium super totam ecclesiam (sicut dicunt Hironymus Augu. Grego. & Chrysosto). & super omnes ecclesiasticos gradus in ecclesia cõtentos. Et sic ecclesia nõ est fundata sup alios apostolos: quia tota potestas ecclesiæ fuit Petro collata. Nec habet ecclesia aliquam potestatem iurisdictionis nisi quã Christus/Petro cõcessit. Vñ Chrysosto. super illud Mat. xvi. Tibi dabo claues regni celoꝝ. A/Christo inquit Petrus/& ei⁹ ecclesia ad salutem oĩum mittitur cum ptãte omni/super oẽs: quod nulli hominum credimus esse concessum.

Cyprianus.

Aug.

Secundo.

Hier. Aug. Greg. Chrysosto.

Chrysost.

Vtrũ plenitudo potestatis respectu iurisdictiõis Sit amplior i ecclesia uniuersali i q̃ in papa.

Sed hic non parua incidit difficultas. Si plenitudo ptãtis respectu iurisdictionis/sit amplior in ecclesia uniuersali: q̃ in Petri successore. uidelicet. Romano Pontifice? Et uidetur ꝙ plenitudo potestatis respectu iurisdictionis/sit amplior in ecclesia uniuersali: q̃ in Romano Pontifice. ❡Primo sic. omne totũ est maius sua parte. Sed ecclesia est quoddã totum. Papa uero eius pars/ac membrum. Non ergo uidetur ꝙ amplior sit plenitudo potestatis pape: q̃ totius uniuersalis ecclesiæ. ❡Secundo sic. Ecclesia uniuersalis est finis propter quem auctoritas collata fuit Papæ a/deo: iuxta illud. i. Corin. x. cui ẽt maior sapiẽtia & charitas donata desuper creditur/q̃ Papæ. Rationabiliter ergo dicendum uidetur ꝙ ecclesiæ uniuersalis auctoritas sit amplior q̃ auctoritas Papæ. ❡Confirmatur ratio sic. Potestas clauium est in papa sicut in subiecto. In tota ecclesia sicut in fine. In concilio sicut in representan

Primo.

Secundo.

.i. Corin. x.

Confirmat'

te totam ecclesiam. Sed dignior est finis his quæ ad finem ordinantur. Igitur potestas ecclesiæ uniuersalis uidetur esse amplior/q̃ potestas Papæ. Qđ autem tota ecclesia sit finis auctoritatis Papæ: patet ex sentētia apostoli.ii.ad Corin.x.& ult.c. Nam potestatem dedit mihi dñs in edificationem/non in destructionem. ¶ Tertio sic. Plenissima potestas semper debet in ecclesia manere. Sed soli⁹ uniuersalis ecclesiæ potestas manet/cum papa moriatur. Igitur: uidetur ꝙ potestas uniuersalis ecclesiæ sit amplissima. ¶ Cōfirmatur sic ratio. Quando Papa eligitur/an secum affert claues/uel non? Si affert. ergo erat Papa anteq̃ eligeret. Si non affert/A quo accipit? nunquid ab angelo de cælo/nonne ab ecclesia? Item q̃ñ Papa moritur/cui relinquit claues/nisi ecclesiæ/a qua accepit? Quid igitur potest dici contra hanc euidentissimā experientiam/ optimam euangelii interpretem/claues nec Petro/nec successori: sed soli ecclesiæ/in summa sua plenitudie: a/qua tanq̃ minister accepit/usurus ei sacerdos i qualibet ecclesia. ¶ Quarto/& ultimo. sic. Aug. super ps. cviii. ait. Quedam dicuntur quæ & si ad apostolum Petrum proprie pertinere uideantur: non tamen habent illustrem intellectum/nisi referantur ad ecclesiam: cuius ille agnoscitur in figura gessisse personam/propter primatum quem in discipulis habuit: sicut est. Tibi dabo claues regni cælorum. Ita Iudas personam sustinet inimicorum Christi. Ex hiis enim uerbis apparet Petrum non in sua: sed ecclesiæ figurata persona/claues accepissæ/dum hic dicitur non habere illustrem intellectum nisi ad ecclesiam referatur. Sed non nulla dicta de Petro designant in eo plenitudinem potestatis. Igitur magis sunt referenda ad ecclesiā. & tunc eorum illustris erit intellectus. ¶ Confirmatur hæc ratio auctoritatibus eiusdem Beati Augustini. Et prima habetur in.c. quodcunq;. xxiiii.q.i. Si ergo inquit hoc in ecclesia fit: Petrus/ quando claues accepit/ecclesiam sanctam/significauit. Hanc eandem sententiam ponit idem Augusti. in quodam ser. apostolorum Petri & Pauli. Item in libro de unico baptismo. Et etiam super Ioan. sermo.x. ubi dicit. Cum esset idem numerus duodenarius. idest quadripartitus in ternos: & omes essent interrogati/ Solus Petrus respōdit. Tu es Christus filius dei. Et ei dicitur. Tibi dabo claues regni celorum: tanq̃ ligandi atq; soluendi/solus acceperit potestatem: cum & illud pro omnibus dixerit? & hoc cum omni

ii. Corin. x.
Tertio.
Cōfirmatio
Quarto.
Aug.
Cōfirmatio
Augu.
Petr⁹ q̃ñ claues accepit: ecclesiam significauit:
Idem Aug.

Rom.xii. quibus potestas iurisdictionis data fuit a/Deo: ait. Dedit quos/ dam quidem pastores. Itidem ad Roma.xii.postq̄ dixit apostolus. Multi unum corpus sumus i Christo.singuli autem alter alterius mēbra.subinfert.Habentes donationem secundum gratiam quæ data est nobis/differentes: siue prophetiam secundum rationem fidei/siue ministerium.Glo.ecclesiasticum.Ex quibus uerbis habe tur: quod auctoritas ministerii ecclesiæ/non datur aut fuit data toti ecclesiæ.idest omnibus membris: sed singularibus membris: ut essent qui ministrarent: & quibus ministraretur.Et qui præes/ sent.& quibus.Quamobrem: ut profundius intelligas/quomodo uniuersali ecclesiæ concessum dicatur quod Petro/ac sacerdoti bus/& prelatis cæteris per Petrum: memento uerborum Glo. ps.xvii.quæ originaliter sunt.B.Augus.dicentis. Attende regu lam unitatis capitis/& corporis. Quasi enim una persona est ca put & corpus. Ideoq; una uoce/utitur caput cum membris: licet ea quæ dicuntur ad diuersa referantur. Quædam enim soli ca piti/conueniunt. Quædam solis membris. Quædam & capiti/ & membris. Item quæ membris conueniunt: quædam præteritis: quædam præsentibus: quædam futuris: quædam perfectis/quæ dam imperfectis/conueniunt. Et tamen in tanta diuersitatæ una uox est/& quasi una persona loqui uidetur. Hec Glo. Unde Ar chidia.super illud. Ecclesiæ charitas: de consecra. distinctio.iiii. dicit. Ecclesia dicitur facere quod eius ministri faciunt: puta paruulos baptismo offerre: baptizare: peccata dimittere. Mo dus autem quo ecclesia per Petrum usq; ad consumationem sæ culi accipit claues/est suauissimæ dispositus a diuina sapientia. Nam uniuersalis ecclesia sicut distribuitur in caput & membra/ ita distribuitur in suaui acceptione clauium: ut in capite qui/ dem accipiat per successionem. In membris autem per partici pationem. In capite namq; habet claues regni cælorum secun dum actus clauibus adæquatos. in membris autem/hoc est par tialibus ecclesiis: claues habet secundum actus ordinis/& partia lis iurisdictionis. ¶ Ad primum autem obiectum/De parte quæ est in suo toto. Respondeo: ꝙ uerum est in toto integrali: non autem in toto potestatiuo. Sic etiam cum dicitur/ꝙ omne totum est maius sua parte. Verum est loquendo de totalitate quantita tis dimensiuæ/uel numeralis/quæ eiusdem sunt rationis. Non ta

Nota.

Augu.

Archid.

Quō ecclesia accipit claues p Petrum.

Ad primum obiectum responsio.

Pars i toto.

men est uerum de totalitate quantitatis uirtualis. Potest enim contingere ꝙ una uirtus potest in tot obiecta/ quot aliæ plures. Potestas ergo iurisdictionis non est sicut totum quantitatiuum: sed uirtuale. Neq; enim Papa se habet sicut pars/ aut membrum respectu potestatis iurisdictionis: quin omnem potestatem ecclesiæ in se uirtualiter contineat/ cæteris communicando. Est autem membrum & pars ecclesiæ/ ut ecclesia ẽ quoddam totum aggregatum ex multitudine hominum/ una fide saltem: uel spe/ ac charitate/ uiuentium. Vide nullitatem huius consequentiæ. Papa est membrum ecclesiæ uniuersalis. Ergo est minor potestate iurisdictiõis. Christus est membrum ecclesiæ uniuersalis. Ergo est minor potestate iurisdictionis. Quod est erroneum omnino. Tum quia Christus/ deus. Tum/ quia Mat. ulti. dicitur. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Antecedens uero probatur. i. Corint. xii. Vos estis corpus/ & membra de membro. Glo. dependentia de membro: idest Christo capite. Item ad Ephesi. i. dicit. Ipsum dedit caput super omnem ecclesiam/ quæ ẽ corpus ipsius. ¶ Ad secundum argumentum de fine. Respondendo: ꝙ finis est duplex/ scilicet. agentis/ & actionis. Finis agentis est finis ultimus qui semper est nobilior. Finis uero actionis est finis immediatus. qui nõnunꝗ est indignior agente: sicut angeli beati missi in ministerium propter eos qui hereditatem capiunt salutis/ sunt digniores hominibus. Item Christus dilexit ecclesiam: ut dicitur ad Ephesi. v. Et tradidit semetipsum pro ea/ ut illam sanctificaret: nihilominus Christus dignior est/ & maior ecclesia/ perfectione/ & auctoritate. Neq; obstat ꝙ maior sapientia & charitas desuper creduntur donata Ecclesiæ/ ꝗ Papæ. Tum quia habitus non conferunt potentiam: sed habilitatem ad bene uel male operandum. Tum quia error est secundum diuinas litteras/ ꝙ maiorem habenti charitatem & sapientiam/ maior a/ deo conferatur potestas iurisdictiõis. quoniam Mat. uigesimo tertio. dicitur. Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisei. Ideo uicinus est errori Vualdẽsium/ & Ioannis Vicleff/ condemnati in concilio constantiensi. ¶ Ad confirmationem obiecti/ etiam dico: ꝙ modi essendi in alio sicut in subiecto/ & sicut in fine. & sicut in repræsentante/ sunt diuersarum rationum. Ideo non eis competere possunt sic ea quæ consequuntur modum essendi in: sicut in subiecto. Nam certum est/ ꝙ

Papa quõ ẽ mẽbrũ & ps ecclesiæ.

Xp̃s est membrũ ecclesiæ uniuersalis.

Mat. ulti.

.i. Cor. xii.

Ephesi. i.

Ad secundũ obiectum.

Finis est duplex.

Ephes. v.

Mat. xxiii.

Ad cõfirmationẽ rñsio.

imago repręsentans Regem/nequit exercere opera regis. Propterea male concluditur. Potestas iurisdictionis est in Papa, sicut in subiecto: & in aliis sicut in fine/uel figura. Ergo habent auctoritatem/Papę digniori modo/quin totum oppositum sequitur: ut patet bene consideranti diuersas illas rationes modorum essendi in. ¶ Ad tertium dicendum q potestas suprema semper manet in ecclesia in Christo uniformiter sedente in throno ecclesię militantis/& triumphantis. De ipso namq dicitur. Daniel. vii. Potestas eius/potestas ęterna. & regnum eius non corrumpetur. Manet quoq secundum diuinam ordinationem: sicut & sedes Episcopi/mortuo Episcopo/secundum ordinationem papę. sicut & priuilegium reale/quod in hoc distinguitur a personali: quia non extinguitur cum persona. l. sicut. ff. Quod cuius uniuersitas. Perseuerat etiam in apostolica sede/quę nunq moritur. extra de rescrip. c. si gratiose. lib. vi. Vnde sedes/mortuo Papa/non dicitur deficere: sed uacare. Hinc Leo Papa. in ser. ii. suę consecrationis/ait. In sede Petri/uiuit potestas & excellit auctoritas. Viuit demum uirtualiter & perseuerat: quia manet semper potestas ad eligendum. Possumus etiam respondere. potestatem supremam remanere/deficiente Papa/in effectu. Nam ut in. c. Ne romani. de elec. in cle. Collegium cardinalium potest exercere multa quę Papa/quando talis urgeret necessitas/q nouam Romani Pontificis electionem expectare/nimis damnosum foret. Remanet etiam officium Camerarii/uel penitētiariorum Pape/eo mortuo. ¶ Et sic ex omnibus his. patet etiam responsio ad cōfirmationem. Nam cum Papa eligitur/neq secum claues affert: neq ab ecclesia illas accepit: sed a Christo/non noua traditione: sed antiqua illa met qua tradidit Petro. Ecclesia siquidem ministerio electionis/personam deputat/quę Petrus succedat. Christus autem ipsę in Beato Petro/cuilibet successori/claues tradidit. Et propterea uana est questio. A quo accipit? Aut cui relinquit moriens? Verbum enim Christi semper uiuum dat claues cuilibet succedenti/& nō unus alteri relinquit. ¶ Ad quartum uero obiectum. Respondeo q notanter textus dicit/quędam. Non enim omnia dicta Petro possunt referri ad ecclesiam uniuersalem: sicut illud Mat. xvi. Beatus es Symon Baryona: qa caro & sanguis nō reuelauit tibi. Item illud Luc. uigesimo secundo. Tu aliquando con/

Ad tertium obm rnsio.

Daniel. vii.

Mortuo Papa/i quo manet ptas iurisdictionis.

Leo. Papa.

Ad cōfirmationē rnsio.

Ad q̄rtū obiectū rnsio:

Mat. xvi.

Luc. xxii.

uersus/confirma fratres tuos. Et illud Ioan. ulti. Symon Ioannis/pasce oues meas. Demum nec illud. Venite post me faciam uos fieri piscatores hominum. Referenda ergo sunt ad ecclesiam. idest ad successores Petri per totum ecclesiæ decursum: ut eorum illustris sit intellectus. ¶Ad clariorem tamen notitiam habendam uerborum Augusti. scito duplicem euangelii sensum. hoc est litteralem (quo uerificatur. tibi. idest Petro dabo claues regni cælo℞) & mysticum (quo uerificatur. tibi. idest ecclesiæ significatæ per te: dabo claues regni cælorum) esse ab Augustino comparatum: non penes uerum, uel falsum: sed penes clarum/uel minus clarum. Ad sensum siquidem mysticum spectat/ꝙ Petrus gerat in figura personam ecclesiæ: sicut ad sensum mysticum pertinet/ꝙ Iudas gerat personam inimicorum Christi. Ad litteralem autem/ipse Iudas erat Christi inimicus. & ipse Petrus est cui promissæ sunt claues. Vnde Augustinus: quia sensus mysticus clarior est/q̄ sensus litteralis in proposito (ut testantur tot questiones quæ circa sensum litteralem emergunt) & sensus mysticus ita est omnibus manifest⁹/ut etiā uulgares sciant claues esse ecclesiæ: cōparauit sensum (iuxta quem claues promissæ sunt psonæ Petri futuri pastori totius ecclesiæ) ad sensum mysticum: iuxta quem claues promissæ sunt Petro in figura ecclesiæ. Et dixit: ꝙ mysticus sensus est clarior. Hoc ergo sonant illa uerba. non habent illustrē intellectum/nisi ad ecclesiam referantur/cuius ille gessit in figura personam. Negauit siquidem illustrem: & non negauit uerum intellectum/nisi ad ecclesiam referantur. Constat enim illustre ad claritatem pertinere. Vnde clare uidere quilibet potest non derogari ueritati sensus litteralis (quo personæ Petri sunt claues promissæ) ex hoc ꝙ sensus iste/non est ita clarus sicut mysticus. neq̧ enim solus est textus iste talis: sed innumeros habet in sacra scriptura consodales: quo℞ sensus illustris non nisi mysticus est. ¶Ad cōfirmationē autē: Rñdet ꝙ aliquid significare/siue figurare/siue repræsentare aliud/ꝯtingit multipliciter. Primo mō scdm naturæ idētitatē: ut dr̄ ad Heb. i. de filio dei. Qui cum sit splendor gloriæ & figura substantiæ eius. Scdo secundum proprietatis similitudinem: ut ecclesiam/archa Noe. Tertio secundum acceptæ auctoritatis potestatem: sicut prætor imperatorem. Vicarius Episcopum. Legat⁹ Papam. & Papa Christum. Quarto propter

Ioā. ulti.

Declaratio uerbo℞ Augusti.

Augu.

Ad cōfirmationē rñdet. Aliqd significare/uel repsentare: dr̄ multiplr. p⁹. Scdo. Tertio. Quarto

procurationis impositionem. unde is dicitur agere cuius procura torio nomine agitur. Quinto secundum similitudinis represen tationem. Vt agnus pascalis christum. & uetera/quæ sunt noui te stamenti. secundum illud .i. Corint. x. Hæc omnia in figura cōtin gebant illis. Sexto secundum acceptionem alicuius potestatis/ aut dignitatis pro se/ac suis successoribus: quomodo recipiens ca/ strum a Rege pro se/ac filiis suis/dicitur figurare/uel repræsenta re filos suos. Septimo secundum successionem dignitatis. Hoc modo/Episcopi dicuntur figuram gerere duodecim apostolorum. & presbyteri .lxxii. discipulorum: iuxta Glo. Luc. x. & cap. in no uo. dist. xxi. Octauo secundum unitæ auctoritatis potestatem: quomodo Rex repræsentat regnum. & caput/corporis membra. Hoc modo quicquid secundum dei uoluntatem facit Papa caput ecclesiæ: dicitur facere ecclesia. ut in .c. pia de exception. lib. vii. Hæc uero prænotauimus: ut clarior habeatur intellectus illorum uerborum. Petrus quādo claues accepit/ecclesiam sanctam signi ficauit. Non enim dicendum est/ꝙ omnibus predictis modis/si gnificauerit: ut patet consideranti. sed sexto/septimo/& octauo/ modis. Nam datæ sunt claues Petro pro se/ac suis successorib⁹/ ac uniuersis prælatis. Et hunc sensum si diligēter aduerteris sonat illud Hieronymi super Mat. xvi. (ut supra allegatum est.) Tibi dabo claues regni celorum. ubi. ait. Habent iudiciariam potesta tem omnes apostoli. Habet etiam omnis ecclesia in episcopis/& præsbyteris. Non ergo dicendum est ꝙ auctoritas aliqua iurisdi ctionis sit data uniuersali ecclesiæ/pro omnibus membris. Sed so lummodo pro personis determinatis: ut episcopi/& curati: ac reli qui sacerdotes pro uoluntate Petri. Inde Ambro. in libro de peni tentia: loquens de potestate ligandi/atqꝫ soluendi: ait. Recte ergo ecclesia utrunqꝫ uendicat/quæ ueros sacerdotes habet. Neqꝫ obstat ꝙ ecclesia in similibus auctoritatibus dicatur uniuersalis/ siue omnis: uel mater omnium. Quia ista uniuersitas non est acci pienda respectu membrorum: sed locorum/temporum/actuum/ &c. Vnde cum nomina dignitatum attribuuntur uniuersali ec clesiæ: non hoc fit ratione auctoritatis: Sed ratione alicuius alte rius inclusi i significatis talium noium. Nā ecclesia dicit̄ mater/qa p aquā regenerant ministri ecclesiæ baptismo fideles. Aug. super ps. cxxvii. dicit. Quō mater ei⁹ est ecclesia: nisi qa ipse Christus est

Quinto. .i. Corin. x. Sexto. Septimo. Glo. Luc. x. Octauo. Hiero. Claues hēt ois ecclesia in Epis & ꝑsbyteris. Ambrosi. Exclusio ob iectionis. Noia digita tū aliqñ at/tribuūt uni uersali eccle siæ: non rōe auctoritatis sed alicuius alterius.

in Christianis: quos per baptismum continue parit ecclesia. Secundum quem modum etiam papa uocatur filius ecclesiæ. s. generatione spirituali, licet sit pater ecclesiæ/auctoritate. Sicut Christus respectu diuersorum dicicitur filius Dauid: & pater eius. Et Eps uocatur/& est filius naturalis alicui⁹ mulieris: cuius erit pater spiritualis. ¶ Ex omnibus ergo pdictis auctoritatibus/& rationibus: clare patet Petrum habuisse plenitudinem potestatis in ecclesia Dei. In loco cuius succedit Romanus Pontifex: qui a/xpifidelib⁹ nuncupatur. Summus Pontifex/siue Papa: quia hec nomina Papa/& Cardinalis/non dicuntur ex auctoritatæ sacræ scripturæ: sed ex humana consuetudine. Et hoc ut demonstretur preeminentia iurisdictionis Summi Pontificis in corpus Christi mysticum: non tamen in corpus uerum: qa sicut iam dictum est. Omnes sacerdotes sunt æqualis potestatis super corpus Christi uerum.

Papa quo/mō dr̄ fili⁹. & pr̄ eccle/siæ.

Concludit̄.

Noīa papa/Cardinalis/ex humana sunt ɔsuetudine.

Corp⁹ uerū & corp⁹ mysticum.

¶ Nam ut bene intelligas tu Christiane lector. hoc nomen Papa sumptum dicit̄ ab interiectione papæ: quæ admiratiōis affectum importat. Vnde eis ,ppriæ cōuenit/& attribuitur: qui in conuersatiōe sunt admirabiles uita/sanctitate/& doctrina: ad quē sensum dominus Iesus xp̄s noster/Summ⁹ est Papa. de quo scribitur. Esa. ix. Et uocabitur nomē ei⁹/admirabilis. Sic olim omnes Episcopi/uitæ pollentes sanctitate/Papæ sunt uocati. Vnde beatus Hero. in epistolis ad Aug. scribēs ait. Domino uere sancto/& beatissimo Papæ/Augustino. Sic Aug. ad Paulinum. libros beatissimi papæ Aurelii epi. Et Bonifacius comes ad Aug. Ora uenerabilis Papa: ut talis/de inimicis ultio sæpe procedat. Et tamē neq; Augu. neq; Aurelius/fuit episcopus romanus. Sic refertur græcos cunctos p̄sbyteros/papas noīare. Nunc uero Papa soli Romano attribuit̄ Pontifici/qui dicitur Papa/quasi pater patrum. i. Epoꝝ & sacerdotum/q iure patres appellantur. xcvi. di. c. in scripturis. &. c. seq. qs dubitat. ubi dicit Greg. ad Hermanum metensem Epm̄. Quis dubitat sacerdotes Christi/regum/& pricipum/oiumq; fidelium/patres/& magistros censeri? Item Thelesphorus Papa. vi. q. i. sacerdotes. Omnis qui aduersus patres. i. sacerdotes armātur/infames esse censemus. Patres em̄ omnes. i. sacerdotes uenerandi sunt/nō respuendi/aut infamandi. Nam (ut refert Eusebius cæsariensis) Nicena synodus hoc contulit priuilegium Romano Pontifici: ut sicut Romanōrum Rex augustus præceteris appellatur. Ita Romanus Pontifex præceteris Episcopis/Papa uelut principalis pa

Vn̄ dr̄ Papa &unde sumptū sit hoc nomen.

Esa. ix.

Hiero.

Aug.

Bonifaci⁹.

Greg.

Eusebius.

ter/uocaretur. Et sic patet ex p̄dictis unde dicit᷑ Papa. & unde sumptum sit. quia non ex sacra scriptura: sed ex humana constitutiōe/ & consuetudine/seu impositione.

Vtrū ad Summum pōtificem ptinet. &c.

Sed Aliquis nunc posset me interrogare. Vtrum/o frater Thoma/ad Summum Pōtificē ptinet determiatio/ & diffinitio maioꝝ causarum in ecclesia. & hoc scd'm deū? Rn̄deo ꝙ sic: & ,pbatur auctoritate ueteris/& noui testamēti & sanctorū. doctoꝝ. ¶ Primo ex illo Exodi. xviii. ubi Moysi qui erat Dux & Rex iudeoꝝ: sicut Papa xpianoꝝ. scd'm illud Bernardi ad Eugenium. Tu es potestate Moyses: dictum fuit. Esto tu populo in his quæ ad deum pertinent: ut ostendas ei cerimonias/& ritum colēdi deum. Sicut ergo oēs q̄ōnes emergentes de lege/& cultu dei/referuabantur Moysi determinādæ. Ita oia dubia q̄ sunt fidei xpianæ/ reseruātur Romano pōtifici/determināda/& diffiniēda/& mandāda teneri & obseruari. & ,pter hoc (ut Luc. v. dicitur) Christus cum aliis apostolis imperaret/ut laxarent rhetia. soli Petro/inqt. Duc in altum. p quod (ut dicit glo. Ambrosii. & Hieron. in. c. non turbat᷑. xxiiii. q. i.) Et si aliis imperatur ut laxēt rhetia. soli Petro/ dicitur. Duc in altum. i. in profundum disputationum. ,p quod datur intelligi maiores causas Petro esse cōmissas. Vnde. B. Paulus/ questionē de obseruātione legalium detulit ad Petrum. Et Petrus ,ptulit sniam ꝙ nōn teneretur obseruare legalia cōuersi ad fidem: ut habet᷑ Actuū. xv. Vnde Hiero. ad Aug. Epistola. xxiiii. ait. Postq̄ breui sermone (.s. Petrus) totā cinxit hystoriam/ait. Tacuit aūt oīs multitudo. & in sn̄iam eius/Iacob⁹ apostolus/& oēs simul p̄sbyteri trāsierūt. Hæc. n. nō debēt esse molesta lectori: sed & mihi/& illi utilia: ut ,pbemus ante apostolum Paulum/nō ignorasse Petrum: īmo principē esse hui⁹ decreti/legē post euāgēlium nō esse seruādā. hec Hiero. Q ui ēt ad idē Aug. de Petro ita scribit in Epistola quæ incipit. Simul tres epistolas. Tante Petr⁹ auctoritatis fuit/ut Paulos ī epistola sua scripserit. Deinde post annos tres ueni Hierosolymā uidere Petrum: & mansi apud eum dieb⁹ q̄ndecim. Rursum ī cōsequētibus. Post annos quattuor/ascendi Hierosolymā cū Barnaba assumpto/& Tito. Ascendi autem scd'm reuelationē: & exposui eis euāgelium/quod predico inter gentes: ostendens non habuisse securitatem euangelii prædicandi/nisi Petri/& qui cum eo erant sn̄ia roboratum fuisset. Statimq; seqtur. Seorsum autē his qui uidebantur esse aliquid: ne forte in uanum currerē/ aūt cucur

Primo.
Exo. xviii.
Ber.
Luc. v.
Ambros. & Hierony.
Exemplum Pauli.
Actuū. xv.
Hiero.
Idē Hiero Petrus tāte auctoritatis. &c.

rissem. Et Aurelius Aug. in lib. de q̄onib⁹ ue. & no. test a. q. lxxxix. etiam dicit. Sicut in Saluatore erāt oēs causæ magisterii: Ita & post Saluatorem oēs continentur in Petro. Beatus quoq; Hiero. lib. v. de uiris illustribus. c. viii. inqt. Marcus discipulus/& interpres Petri: iuxta quod Petrum audierat referentē/rogatus Romæ a fratribus/breue scripsit euāgelium. Quod cum Petr⁹ legisset/approbauit: & ecclesiis legendum/sua auctoritate/tradidit. ❡ Secundo hoc idē probatur ex illo quod habetur Mat. xvii. Dñs soli Petro iubet hamo piscari. Sup quo. B. Ambro. dicit. ut habet' in. c. ē aliud. xxiiii. q. i. Est aliud piscandi genus/quo genere solum Petrum dñs piscari iubet. dicens. Mitte hamum. &c. Vbi glo. inqt. Per hamū intellige iurisdictionē/qua Petrus prefuit aliis. hæc ibi. ❡ Tertio. patet ueritas conclusionis. Quia Papa solus uocatus est i plenitudinem ptātis. Alii uero in partem sollicitudinis. ut testatur Grego. ii. q. vi. c. omnes. ubi sic dicit. Omnes Episcopi q in aliquib⁹ pulsantur/uel criminantur grauioribus causis: quotiens necesse fuerit/libere apostolicā sedē appellēt: atq; ad eam quasi ad matrē/confugiant. & ibidē. c. decreto nostro. idē Greg. testatur. &. c. q se scit. & c. ad Romanam sedem. hoc etiā ostenditur. Ergo ad ipsum solum pertinent omnes causæ maiores de ecclesia. Excepto tamen q̄ nō potest aliqd decidere ī causa fidei sine cōcilio: ut dicitur in. c. Anastasius. xix. quia Papa (ut dixi pluries) pōt errare in fide. xl. dist. c. si Papa. sed nō tota ecclesia. c. a/recta. & ibi bona glo. xxiiii. q. i. Ex multis aliis/pōt colligi prefata conclusio. sed ista sufficiant. Et sic clare patet ex oībus predictis. q̄ ad Sūmum Pōtificem pertiet approbare/uel improbare dicta/& opuscula doctoꝝ singuloꝝ: iuxta c. si romanoꝝ dist. xix. Itidē/sequitur q̄ ad eundē pertinet iterpretari iura: canones/doctores catholicos: &c. Patet etiam ex predictis differentia inter Papam & Episcopum: qa Episcopus non pōt nisi respectu suæ diocesis. Papa uero respectu totius orbis: & maiorum causarum: & magni dubii est requirendus. Vnde Bernar. scribēs ad Eugenium Papam lib. ii. ait. Tu es cui traditæ sunt claues regni cælorum. cui oues creditæ sunt. Sunt quidem & alii cæli ianitores/& gregum pastores: sed tu tanto gloriosius quanto differentius utrūq; præ cæteris nomen hereditasti. Habent alii assignatos greges/singuli singulos. tibi uniuersi crediti sunt. Vnus uni nō modo ouium/sed & pastoꝝ. tu unus oīum pastor. Vnde id pbem/queris? Ex uerbo dñi. Cui. n. nō dico epoꝝ: sed ēt alioꝝ apostoloꝝ:

Augu. Hiero. Secundo. Mat. xvii. Ambro. Tertio. Greg. Idē Greg. Papa nō potest decidere/ rei cā fidei. Cōcludit. Differentia inter Papā & Epm. Bern.

sic absolute & indistincte totae commissae sunt oues: Si me inquit amas. pasce oues meas. haec ille.

Marti. Lut. obiicere posset. Sed cōtra predictam ueritatem Martinus Lutherus. uel aliquis alius aduersarius/posset argumentari. ¶ Primo. Primo sic. Correctiōem eorum: qui audire nolunt fratrē corrigētem/ Christus remittit ecclesiae: tanq̄ supremo & omnium iudici. Mat. xviii. Mat. xviii. Si peccauerit in te frater tuus. &c. Dic ecclesiae. Tunc enim loquebatur Petro/qui Papa erat constituendus. Sed correctio talium est de maioribus causis. Ergo sequitur q̄ maiores causae pertineant etiam ecclesiae catholicae. Secundo. ¶ Secūdo sic. Apostoli alii a/xpo etiam receperunt spm̄ sanctum cum Petro: & ptātem remittendi peccata. Ioā. xx. Ioan. xx. Accipite spm̄ sanctum: quorum remiseritis peccata/remittuntur eis. Ergo etiam pertinēt iste causae maiores aliis Praelatis ecclesiae/qui succedunt Apostolis. sicut Summo Pontifici qui succedit Petro. ut īfra patebit. Vnde in. c. In nouo. xxi. dist. scribitur q̄ caeteri apostoli pari consortio/honorem & potestatem receperunt. Multae hic sanctorum auctoritates possent afferri/ sonantes aequalitatem Petri & aliorum Apostolorum: ut est illa Cypria. Cypriani. & habetur. xxiiii. q. i. c. loquitur Dn̄s. dicentis. q̄ parem potestatem omnibus apostolis tribuit: Et hoc erāt caeteri apostoli/ quod Perrus fuit/pari consortio praediti/& honoris & potestatis. Hiero. Et illa Hiero. contra Iouinianum. lib. i. c. xiiii. At si tu dicis: super Petrum fundatur ecclesia. licet idipsum in alio loco super omnes apostolos fiat: & claues regni caelorum cuncti accipiāt: & ex aequo super eos ecclesiae fortitudo solidetur. Et quaecunq̄ aliae similes. Cōfirmatio ¶ Confirmatur haec ratio ex hoc/q̄ Petrus nullum apostolorum misit. Sed confitemur eos in diuersas mundi partes/tanquā suas portiones distributos. Et quilibet Apostolus ordinabat Episcopos absq̄ Petri auctoritate. Quod non est de minoribus causis: sed de maiorib⁹. Et sic patet q̄ ēt ad ipsos pertinebāt maiores causae: & p consequens aliis suis successoribus episcopis.

Rn̄sio ad argumēta. Ad hec argumenta/ego rn̄deo. Et ad primum respondetur negando cōsequētiā. Et ad auctoritatem. Ad primū. rn̄deo q̄ in illis uerbis/duplex ordo describitur. s. charitatis/et fori exterioris. Primo ordini/oēs indifferenter subiiciuntur: quia sunt oēs fratres. Et sic hec doctrina de correctiōe fraterna/cogit ad sui obseruantiam subditos & prelatos/ex ui praecepti. Et ideo tradita fuit beato Petro ut prelato/& ut representanti totam ecclesiam.

A secundo ordine/solus Papa excipit': qa ipse est pastor indistincte oium institutus a Christo. Ioan. ulti. Pasce oues meas. Dicitur ita q3/q noie ecclesie non potest intelligi uniuersalis ecclesia/regulariter: nec per orbem dispsa: nec in unum synodaliter congregata'. Tum/quia nullus sanctoꝝ ita exponit. Tum/quia impossibile mādaretur: atq3 onus importabile imposuisset de⁹ humeris fidelium. Non eñ possibile est de facili/uniuersalem ecclesiam congregare. quotidie autē/& sine numero euenit talis denunciatio facienda p fideles in toto orbe dispersos/& a uiris/& a fœminis/quas nō decet ad ecclesiam uniuersalem accedere. Et p consequēs hæc expositio/esset cōtra illud Saluatoris. Mat. xi. Iugum eñ meum suaue est. &c. Tum/qa hoc nunq̄ habuit pratica sanctorū patrum. Non ergo intelligi debet. Dic ecclesiæ uniuersali: tāq̄ iudici. Et ideo dicēdum est scdm Chrysost. sup Mat. & Aug. q per ly. Dic ecclesiæ. i. his qui ecclesiæ psunt. ¶ Si uero cōtra argueretur: q non possit p ecclesiam/Prelatus intelligi: quia Christus loquebatur Petro/qui futurus erat prelatus. Ergo idem ad seipsum remittitur. quod ab surdum uidetur. Rñ. q alia est intelligentia huius nois ecclesia/qñ priuata persona corrigit. & alia qñ publica. Nā si priuata corrigit. est sensus. Dic ecclesiæ. i. prelato. Vel si personā ecclesia corripit. sensus est. Dic ecclesiæ. i. corā plato eum conuince per testes/quos noluit audire corripientes. Qñ uero persona publica/& cōis corrigit: tunc sensus est. Dic ecclesiæ. i. corā cōgregatione/siue multitudine/eum obiurga: ut sic (quēadmodum ait glo.) erubescentiā patiatur/& confusionē. & qui noluit sine confusione corripi/cum cōfusione corripiatur. Est eñ confusio adducens gratiam. Sed hoc modo remitti ad ecclesiam/non est remitti ad superiorem. ut de se patet. Neq3 inconueniens est/q idem ad seipsum diuersimode consideratū/remittatur. Prælatus eñ pōt dupliciter cōsiderari. Aut scdm q in iudicio psidet. Et sic dicere prælato/est dicere ecclesiæ. p quem modum persona in prælatione constituta potest a se. Aut ut est persona priuata/remittit ad se/ut est persona publica: & tunc dicere ecclesiæ/nihil aliud est/q̄ exire in actum iudicii/puniendo/excōicando/& corrigendo fratrem delinquentem/qui denunciatus est. Propterea in causa denunciationis/idem potest esse iudex/& accusator/& testis. ut extra de symo. c. licet. Tunc ergo dicitur ecclesiæ/cum prælat⁹ coram multitudine fidelium/aliquem excōicat. Et hæc practica cōiter seruatur i ecclesia. cuius primus obser

[Margin notes: Dic ecclesiæ quō itelligit' — Mat. xi. — Chryso. Aug. — Obiectio. — Rñsio. — Glo. — Exclusio obiectionis. — In cā denunciatiōis / idē pōt eē iudex & accusator]

Petrus dam nauit Ananiam & Saphiram. Hiero.

uator fuit Petrus/qui absq̧ uniuersali concilio/Ananiā & Saphyram eius cōiugem/sua auctoritate dānauit. ❡Cum ergo Papa sit caput/& principalis ꝑlatus totius ecclesiæ:sibi maxime conuenit de omnibus iudicare:& omnes delinquentes corrigere. Quod probatur per illud Hiero. scribens ad Damasum Papam/sub ista uerborum forma. (& habetur. xxiiii. q. i. c. hec est.) Hæc est fides/Papa beatissime: quam in catholica didicimus ecclesia: quamq̧ semp tenuimus. In qua si minus perite/aut parum caute/forte aliquid positum est/emendari cupimus a te: qui Petri sedem/& fidem tenes. Si autem hæc nostra confessio/Apostolatus tui iudicio/comprobatur: quicunq̧ me inculpare uoluerit/se imperitum uel maliuolum/uel etiam non catholicum/non me hereticum/comprobabit.

Ad scdm obiectū rñsio.

❡Ad secundum obiectum/Respondeo ꝙ argumentum/seu ratio/non procedit. Et ratio est: quia determinatio causarum/pertinet ad potestatem iurisdictionis: in qua Petrus/& nunc Papa/præfertur omnibus: ut pote caput totius ecclesiastici corporis.

Ioā. xx.

Auctoritas autem illa. Ioan. xx. Accipite spiritum sanctum. quorum remiseritis peccata. &c. loquitur de auctoritate & potestate ordinis: quæ sunt potestas ligandi/& soluendi: ut communiter doctores dicunt/& bene. Vnde ad litteram cum dicitur. quorum remiseritis. constituitur iudex ecclesiasticus/in sacramento pœnitentiæ/quantum est ex parte ordinis. Et hanc potestatem/pariter Apostoli receperunt. Ideo in his quæ ad hoc pertinent ratione ordinis: non erat maior potestas in uno q̃ in aliis: sicut iam sepe dictum est.

Rñsio ad dicta sctōꝝ sonātia paritatē apostoloꝝ. Instantia.

❡Et sic/dicta sanctorum doctorum sonantia æqualitatem Petri/& aliorum Apostolorum/dicitur uerificari de paritate eorum secundum hanc potestatem ordinis. & secundum apostolatum. Fuerunt enim æquales omnes in auctoritate apostolica. ❡Et si instetur/sub potestate apostolica compræhendi posse omnia quæ Petrus poterat. In promptu responsio est satisfactiua/ꝙ dato ꝙ uera esset huiusmodi comprehensio. Ex ea tamen non sequeretur omnimoda æqualitas ad Petrum. Essent enim eorum potestates æquales quo ad res/quas facere possent: sed non eēnt æquales extensiue/neq̧ quo ad modum. Apostoli siquidem/potestatem a Christo acceperunt/ut Apostoli/hoc est ut legati. Petro autem supra apostolatum/promissa est potestas/ut ordinario Pastori Ecclesiæ. Et hinc patet tam superior gradus/atq̧ unitas potestatis Petri/q̃ maior extensio. quoniam extendebat se ad ipsos

etiam apostolos: utpote Christi oues. Nec paruifacias differentiam penes modum habendi. magni siquidem lapsus periculum est si confundantur. Aliud quippe est habere claues/ut Apostolos: & aliud habere claues/ut caput & pastorem/etiam ipsorum apostolorum. Illud non derogat Petri singulari excellentiæ. hoc autem ipsum Petrum super omnes statuit/omnibusq; præfecit Apostolis/ac toti Ecclesiæ. ¶ Et ut allatæ primum auctoritates manifestentur. Patet Cyprianum ita pares fateri Apostolos/ut tamen super unum Petrum/ædificari dicat ecclesiam: & auctoritate sua dominum disposuisse dicat unitatem ecclesiasticam/ab uno Petro originem habere: Hieron. quoq; uerba Christi/apud Mat. Tu es Petrus: & super hanc petram: &c. Soli Petro relinquens/ad alium se transfert locum: ubi similia apostolis data/narrantur: tria numerans. Primo fundari ecclesiam suber Apostolos omnes. Hoc enim fieri promulgatum est: ad Ephes. ii. Superædificati super fundamētum Apostolorum. Secundum uero/scilicet cuncti Apostoli claues Regni cælorum accipiāt. habetur: Mat. xviii. Quæcunq; alligaueritis. & Ioan. xx. quorum remiseritis peccata. &c. Tertium autem/& ex quo super eos ecclesiæ fortitudo solidetur/ex testibus. Mat. xviii. & Mar. ulti. & Luc. xxii. & Ioan. uigesimo. aut etiam ex aliis similibus textibus/sumptum est. Vñ patet ex iam dictis/æqualitatem apostolorum: quatenus apostoli sunt/& in fundando ecclesiam/& in clauibus/iurisdictionis/& ordinis: & in robore doctrinæ/miraculorum & uitæ/ecclesiæ fortitudinem solidantium (qua Hierony. affirmat) nihil officere Petri singulari auctoritati/qua solus cunctæ præponitur ecclesiæ. Vnde & Hierony. ibi subiungit statim. Propterea tamen unus inter duodecim eligitur/ut capite constituto scismatis tollatur occasio. Vbi manifeste uides ita ex æquo apostolatus pares dixisse Apostolos/ut tamen Petrus electus/& constitutus a Christo sit caput omnium. Hoc siquidem est quod tuemur. Hoc ad differentiam modi spectat: quoniam hinc habes omnes hæc habuisse/ut Apostolos: Præter hunc autem modum Petrum singulariter habuisse/ut caput omnium. Ex duabus autem his auctoritatibus declaratis/facile esse putamus/reliquas recte interpretandas: iuxta sensum prædictarum. ¶ Manifestatur autē hunc eē uerum sensum doctrinæ sanctorum/tripliciter. Primo ex eo q; pares dicunt Apostolos/non solum potestatæ/sed honore:

Declaratio dicti Cypri. de paritate apostolo℞.

Ad dictum Hiero.

Ad Ephe. ii.

Mat. xviii. Ioan xx.

Cōcludit̃.

Hiero.

Prædictā ex pōnē eē uerā ꝓbat̃ tripl̃r.

quod nisi ad apostolatum referat/constat esse falsum: cum Petrus primatum honoris manifeste habuerit/secundum oẽs. Scdo ex testibus euangelicis/quos sancti afferunt ad probãdam hmõi æqualitatem. afferunt eñ quos supra discussimus. ex quibus constat nõ plus haberi: q̃ æqualitatem secundum apostolatum. Tertio. ex ratione qua utuntur. quia. s. Petr⁹ in persona ecclesiæ/unus accepit/ &c. ut unitas ecclesiæ hinc probaretur. Sed hanc ratiõem supius optime soluimus.

Rñsio ad cõfirmatiõem rõnis. ¶ Ad cõfirmationem obiecti/seu rationis in oppositum/superest nunc rñdere. Dicimus ergo Petrum nullum misisse apostolum: qa pũentus est a Christo domino: qui misit apostolos. Ioan. xx. Sicut misit me pater: & ego mittõ uos. Et propterea poterãt auctoritate apostolatus/episcopos ordinare/absq̧ habita a Petro facultate. Dicimus quoq̧ distributionem apostolorum in diuersas mundi partes tanq̃ suas portiões: ad apostolatus exequutionem/spectare. & nihil pænitus obstare pastorali officio Petri: sicut in nullo eius auctoritas imminuta est/ex hoc ꝙ Christus apostolos misit. Hoc eñ ad legationem/illud uero ad exequutionem ptinet.

Exclusio' obiectionis. Ad Gal. ii. ¶ Et per hoc etiã soluitur obiectio illa/quæ posset fieri ex uerbis Pauli/ad Gal. ii. (. s. ꝙ Petrus circũcisionis tñ oues sortit⁹ est.) ubi dicit Paulus. Cum uidissent ꝙ creditum est mihi euangelium preputii/sicut & Petro circũcisionis. qui eñ operatus est Petro in apostolatu circũcisionis: operatus est mihi inter gentes. Nã quãtum ad exequutionem apostolatus loquitur hic Paulus: ut ipsa uerba clare testantur. qui operatus est i apostolatu. Cum his enim diuersis exequutionibus/euidenter stat unitas pastoralis curæ ad Petrum. Et sic patet soluta ratio tota.

Vtrũ pdica/tiõis officiũ cõueñiat pla tis sine auc/toritate Papæ? Aliquis forte curiosus/posset hic querere. Vtrum pdicationis officium/nũc cõueniat aliis ecclesiæ plãtis/sine auctoritate Papæ? Ad quã quidem qõnem Respondẽt nõnulli affirmatiue ꝙ sic. Et probant eoꝶ intentum multipliciter.

Rñsio. Primo. Sed pro nunc breuitatis gratia/libeat tñ tres adducere rationes.

Glo. Luc. x. Luc. v. ¶ Primo sic. Prælati & Epi sunt successores apostolorum: ut habet Glo. Luce. x. Sed apostolis/immediate iniungit Christus prædicationis officium. dicẽs. Laxate rhetia uestra. Luce. v. Ergo Epi immediate habent a Christo: non mediãte Papa/prædicãdi auctoritatem.

Secundo. Aliqs nõ pt pdicare nisi mittatur. Rom. x. ¶ Secundo sic. Non potest aliquis prædicare nisi mittatur: dicente Apostolo/ad Rom. x. Q uomõ prædicabunt/nisi mittantur? Sed Epi in psona apostoloꝶ missi sunt ad pdicãdum a xpo:

iuxta illud Mar.ulti. Euntes in mundum uniuersum/prædicate euangelium omni creaturæ. Ergo non indigent mitti a Papa. Mar.ulti.

¶ Tertio sic. Archydiaconis/& presbyteris/conuenit ex officio ipsorum prædicare.ut scribitur dist.xxv.c.Prælatis. Multo ergo fortius/aliis ecclesiæ prælatis superioribus. Tertio.

Sed in contrarium est rei ueritas. Prædicatio enim pertinet ad iurisdictioẽm. Sed omnis potestas iurisdictionis prælatorum/dependet a Papa. ut in.c. dominus.distin.xix. &.c.sacrosancta.distin.xxii.&.xxiii.q.i.loquitur dominus. Ergo alii prælati absq; auctoritate Papæ/laxare rhetia prædicationis non ualent. In oppositũ ẽ ueritas. Probatio cõclusionis.

¶ Præterea: potestas quæ data ẽ uni soli in sua fontali plenitudine/non ẽ in aliis/nisi deriuata/& limitata/etiam pro illius uoluntate & ordinatione. Sed potestas pascendi doctrina & prædicatione christianum populum/est soli Petro data: & in eo/suis successoribus. Cui cura totius orbis comissa est: dicente domino. Pasce oues meas. Ioan.ulti. Super quo Theophilus.ait. Finito prandio/commissionem ouium mundi Petro commendat/non alii. Hoc idem asserunt sancti doctores. Vt Chrysosto. Hierony. Grego.ut ex iam dictis/& dicendis/patet. Ergo quicunq; habet potestatem prædicandi. habet auctoritatem a Papa. Cõfirmatio. Ioã.ulti. Theophil⁹.

¶ Preterea A quo quis habet dignitatem episcopalem/& curã commissam: ab eodem habet ea quæ sequuntur dignitatem. Sed omnes prælati a sede apostolica sunt istituti (& si nõ immediate: saltẽ mediate) & a papa uocati in partem sollicitudinis eius: sicut supra dictum ẽ. Ergo ab eius potestate/habent quod possint prædicare/& pascere plebem. Alia confirmatio.

Ad rationes autem in oppositum. Et ad primã R̃sidetur/negando consequentiam. Et ratio ẽ.qa tunc solus Christus regebat apostolos: nec alium habebant ante se a quo dependerẽt. Vnde ab ipso solo habebant auctoritatem.qui tunc erat Summus Sacerdos/& Summus Pontifex. Prælati uero/nunc habent instiputum a Christo supra se Petrum/siue successorem eius ĩ caput/& principem eorum a quo pendet omnis potestas eorum. Ad rõnes. Solus Christus apostolos regebat.

¶ Ad secundam R̃sidetur.q; licet Apostoli receperunt auctoritatem prædicandi a Christo ante passionẽ ad prædicandum iudeis. Mat.x. In uiam gentium ne abieritis. Euntes prædicatæ/dicẽtes: Quia appropinquabit Regnum cælorum. Mat.iiii. & Luc.x.c. Post resurrectionem cum missi sunt.cum dictum est eis. Euntes Ad scdam. Mat.x. Mat.iiii. Luce.x.

in mundum uniuersum: Prædicate euangelium oī creaturæ. Missio ista intelligebatur in ordine tñ ad Petrum/quem pastoré & caput/ac principem totius ecclesiæ instituerat/& quem uicarium dimittebat in terris. Sicut (uerbi gratia) Rex a regno recessurus/disponit/ac diuidit regni officia mandans/ut cōstituto ab eo uicario/obediant: cui auctoritatē suam reliquit. Christus pariter alta cælorum petitur⁹/apostolis dona gratiarum diuiserat/& iurisdictionē concesserat eisdem/relinquens Petrum uicarium generalem sup omnes: quem etiam: (ut ait. B. Cyrillus) apostoli habuerunt post ascensionem loco dñi. Nunc ergo Epi mittuntur cum assumuntur in partem sollicitudinis ab ipso Petri successore. ¶ Ad tertiam respondetur ꝙ nec archydiaconi: nec aliqui presbyteri habent generalem prædicādi auctoritatem: nisi auctoritate papæ eis cōcessa.

Exēplum de rege.

Cyrillus.

Ad tertiam

Et si superius in plerisq̧ locis/tactum sit quatenus Petrus fuit caput ecclesiæ. Tamen ut ueritas adhuc magis magisq̧ elucescat: iterum perfecte queritur.

Verū petrus sit a xp̄o cōstitutus caput ecclesiæ.

Utrum Petrus a Christo cōstitutus sit caput & pastor ecclesiæ? & per consequens eius successor Summus Pontifex romanus/sit nunc caput ecclesiæ?

Distinctiōes circa eccles.

Anteꝙ Rñdeam ad hanc q̄ōnem: pro maiori illius enodatione/noto quasdam distinctiōes circa ecclesiam. Prima erit gñaliter de ecclesia. Secunda specialiter/de militanti ecclesia. Tertia magis specialiter/de Petri ecclesia.

Pria distin°. Eccl. dr̄ multipliciter. Deut. xxiii. .i. Cor. xi. Nota pulchras distinctiōes circa hoc nomen ecclesia. Be. ꝓuer. v. Eccle. & synagoga idē sunt.

¶ Prima ergo distīctio est ista. ꝙ ecclesia pōt sumi multipliciter. ¶ Vno mō pro tēplo materiali. Et sic sumitur in ueteri testamēto. Deut. xxiii. Eunuchus nō intrabit ecclesiā. Et in nouo testamēto. i. Corint. xi. Nunqd domos nō habetis ad manducandum & bibēdum? Aut ecclesiā contēnitis? ¶ Alio modo sumitur ꝓ templo spirituali. Et sic multipliciter pōt sumi. Vno modo particulariter. Et sic quælibet rōnalis creatura/quam de⁹ specialiter inhabitat/pōt dici ecclesia dei: sicut dicitur tēplum. Alio mō magis generaliter/ꝓ aliqua cōgregatione talium creaturaꝝ/siue uniuersali/siue particulari. Vñ Beda exponēs illud Prouerb. v. Pene fui in oī malo in medio ecclesiæ/& synagogæ. ait. Ecclesia & synagoga/græca nomina sunt: & unā eādēq̧ rem significant. latine conuentum. s. plurimoꝝ ad inuicem. Et sic iteꝝ multipliciter pōt sumi. Vno mō pro oibus cognoscentibus clare/uel beatifice catholicas ueritates. Et

sic uocatur ecclesia triumphans. de qua dicitur. Laus eius in ecclesia sanctorum. ps. cxlix. Alio modo pro oibus cognoscentib⁹ enigmate huiusmodi ueritates. Et sic non solum sanctos/ut ecclesia triumphans: sed et cum bonis malos/& cum hoibus demones/cōprehendit. Vnde et quandoq nomine ecclesiæ maligni significantur: ut cum dicitur. Odiui ecclesiā malignātium. ps. xxv. Licet autem hoc mō iterum ecclesia multipliciter sumi posset. tñ/ut ad propositum pertinet/ecclesia sumitur pro hoibus/in mortali corpore naturaliter uiuētib⁹/& enigmate cognoscentibus catholicas ueritates. Et sic uocatur ecclesia militans. de qua dicitur Actuum. xx. Attendite uobis/& uniuerso gregi/in quo posuit uos spiritussanctus Epos regere ecclesiā dei. Et hoc mō/ecclesiā in præposita qōne/accipio. ps. cxlix. ps. xxv. Actu. xx.

¶ Secunda distinctio est ista. Q̄d ecclesia militans/dupliciter pōt sumi. Vno mō pro ecclesia uniuersali. & sic ē unica ecclesia: & extra quam non est salus. De qua dicit apostolus. q Christus est caput corporis ecclesiæ & corpus eius est ecclesia. Col. i. c. Alio modo pro ecclesia particulari. Et sic sunt plures ecclesiæ: iuxta illud eiusdem apostoli. Salutant uos omnes ecclesiæ Christi. Rom. xvi. Vtroq autē prædictorum modoꝝ/ adhuc multipliciter sumitur ecclesia. Nam sumendo eam pro ecclesia uniuersali. qñq sumitur pro congregatione omnium fidelium/actu existentium: quæ est uera ecclesia. Aliquando accipitur ecclesia/pro congregatione omnium hoium tam bonoꝝ q̄ maloꝝ/q sub una fide Iesu xpi/uitā degunt. Hinc sup illud ps. Erit apud te laus una in ecclesia magna. Glo. inquit. In toto orbe. nō mō i Africa: ut aiunt donatistæ. & Aug. sup eodē/ait. Ecclesia magna qd est fratres? Nunqd exigua pars orbis terraꝝ/ecclesia magna est? An ecclesia magna totus orbis est? Aliqñ et sumitur pro ecclesia representatiua: quæ ē cōcilium gñale in spū scto legitime cōgregatū. Ecclesia. n. uera/oium fideliū multitudo: pter suā dilatationē nunq̄ cōgregatur/neq cōgregari pōt ad quodcūq discernēdū: sed cōuocātur patres de oib⁹ mundi ptib⁹/q diffiniunt/& decernunt. & hæc faciētes ecclesiā uerā repñtant. Et sic dr q ecclesia ē sup̄mū tribunal in terris/hñs auctoritatē sup q̄libet psonā singularē/cuiuscūq stat⁹/eminētiæ/aut dignitatis/extiterit. Q̄nq uero gñali⁹ sumit ecclesia: nō tm̄ pro cōgregatiōe oium fideliū actu existētiū: sed et pro cōgregatiōe oium fideliū a tpe xpi/ uel apostoloꝝ/usq nūc succedētiū. Et sic distiguit ecclesia xpi ɔtra synagogā Moysi. Et isto mō/accipit Aug. i li⁰. cōtra manicheos. ut Scda distin. Ecclesia militans dupliciter capit. Col. i. Ro. xvi. Ecclesia magna cōpræhēdit oēs sb fide xpi degentes. Glo. Augu. Ecclesia repñtatiua est concilium. Augu.

habetur.xi.distin.c.Palam.& alibi.ubi dicit ꝙ Euangelio non cre
deret: nisi eum auctoritas Ecclesiæ cōpelleret. Hoc enim modo/
ecclesia est maioris auctoritatis: q̄ euangelium sit: quia huius eccle
siæ euangelista/seu scriptor euangelii/pars extitit. Quādoq̧ autē
ad huc generalius sumitur ecclesia/pro congregatione omnium fi
Ab initio mundi usq̧ ad finē fuit & erit ecclesia. delium a principio mundi usq̧ ad consumationem sæculi. Et sic
non solum compræhēdit ecclesiam Christi: sed etiam synagogam
Moysi: & eos qui fuerunt sub lege naturali. Et isto modo accipit
Augu.lib.xv.de ciuita.dei.c.i.ubi dicit ꝙ non solum a tēpore cor
poralis præsentiæ Christi/& apostolorum eius: sed ab ipso Abel
Aug. ps.xxxvi. Idem. usq̧ in huius sæculi finem peregrinando percurrit ecclesia. Et su
per illud.ps.xxxvi.Iunior fui: inquit. Omnes/qui ab initio seculi
fuerunt: caput Christum habent. Illum enim esse uenturum cre
diderunt/quem nos uenisse iam credimus. Et in ei⁹ fide ipsi solida
ti sunt: cuius & nos: ut eēt ipse caput totius ciuitatis hierusalem/
Grego. omnibus connumeratis fidelibus/ab initio usq̧ in finem. Et Gre
go. in quadam homelia dicit. ꝙ Ab Abel iusto/usq̧ ad ultimum
electum semper manet ecclesia. Hoc enim modo synagoga in uete
Nume.xx. ri testamento/appellatur nomine ecclesiæ. Numeri.xx. Cur edu
Ecclesia pticularis multipliciter sumitur. xistis ecclesiam domini in solitudinem? ¶ Sed etiam sumendo pro
ecclesia particulari/iterum multipliciter potest sumi. Vnomodo
pro quacunq̧ congregatione fidelium/siue uirorum/siue mulie
rum. Et sic dicitur.i.Pet.v. Salutat uos ecclesia quæ est in Babylo
.i.Pet.v. ne. Et isto modo sumitur in pluribus locis sacræ scripturæ. Alio
modo sumitur specialiter/pro tota congregatione clericorum. Et
Quare clerici dicuntur ecclesiastici. sic nunq̄ accipitur in textu diuinæ scripturæ. sed clerici iurium cō
ditores & expositores/nomē ecclesiæ appropriauerunt ad seipsos
uocantes se ecclesiasticos/propter quandam principalitatem/&
eminentiam ipsorum/sup alias personas ecclesiæ ratione actuum
spiritualium: ad quos exercendos ipsi/non layci potestatem rece
perunt. Alio modo adhuc sumitur magis specialiter/pro aliquo
particulari collegio clericorum. Et sic in iure canonico ecclesia ha
bet iterum uarias significationes. Vt notatur extra de uerb.signi.
c.Cum clerici. Sed his/& aliis significationibus omissis. ecclesia
militans proprie sumpta pro ecclesia uniuersali/pōt isto modo/de
Ecclesia oīs hō fidelis. scribi. Ecclesia est oīs homo fidelis. uel oēs homines fideles in mor
tali corpore naturaliter uiuentes. Et uoco homīes fideles actu uel
habitu/iplicite uel explicite/credentes: uel enigmatice cognoscen

tes omnes catholicas ueritates. Voco autem omnes catholicas ue ritates. Veritates qbus qlibet uiator/uel habitu explicite uel im plicite firmiter assentire tenetur. Sed dico omnis homo: uel omnes homines: quia secundum aliquos non solum in pluribus homini bus: sed in uno solo potest/uel potuit stare ecclesia. Nam (ut dicit Augu. super ps. cxxviii.) Aliquando in solo Abel ecclesia erat. Et aliquando (.s. tempore passionis Christi.) tota ecclesia/& tota fi des ecclesiæ xpianæ/in Maria matre Christi remanserat. ¶Ter tia distinctio é ista q̄ Petri ecclesia dupliciter potest sumi. Vno mo do pro ecclesia quam Petrus apostolus personaliter rexit. Alio mo do pro ecclesia particulari/in qua ipse sedem tenuit. Et quia ista di citur fuisse ecclesia romana. Ideo distinguendum q̄ romana eccle sia multipliciter sumitur. Quandoq̄ pro Summo Pontifice & qui busdam presbyteris/& diaconis: quos non ex auctoritate diuinæ scripturæ: sed ex consuetudine obseruantiæ humanæ (sicut iam supra dictum est) papam/& cardinales/uocamus. Quãdoq̄ autẽ sumitur pro solis Cardinalibus. Quandoq̄ pro omnibus clericis romanis. Quandoq̄ p̄ omnibus fidelibus romanæ diocesis. Q̄ siq̄ pro omnibus credẽtibus/& tenentibus fidem apostolicam/prædi catam romanis. Et sic uniuersalis ecclesia põt uocari ecclesia ro mana. Et sic ĩtelligitur dictum glo. in. c. quãuis. xxi. dist. sup uerb. Nec aliqd: dicentis. q̄ Ecclesia romana ibi est/ubi sunt boni. Vnde & beatus Ambrosius super Epistolam. i. ad Thimot. iii. c. dicit. Mundus enim in preuaricatione est diuerso turbatus errore. Ideo illic necesse est dicatᷣ eẽ domus dei (.i. ecclesia) & ueritas/ubi secundum uoluntatem suam timetur. Omnes etiã fideles possunt appellari Romani: ut dicunt aliqui: sicut Paulus apostolus/extra Italiã natus/anteq̃ Romæ fuerit/se esse hominem romanum asse ruit. ut patet Actuum. xvi. Et isto modo secũdum aliquos sumitur ecclesia romana ubicunq̄ inuenitur/q̄ cõtra fidem non potest er rare romana ecclesia. ut. xxiiii. q. i. pudenda &. c. aduocauit. Et sic intelligitur illud Hiero. scribentis ad Damasum Papã. Sancta Romana ecclesia/quæ semp immaculata p̄mansit dño p̄uidente: & beato apostolo Petro opem ferente/in futuro permanebit sine ulla hereticorum insultatione: atq̄ firma/& immobilis persistet. ¶His distinctionibus præmissis circa ecclesiam. Nunc/quid de principali quesito dicendum sit/facile erit cognoscere.

In uno solo põt eẽ eccle sia.

Augu.

Tertia dist.

Ecclesia Pe tri duplr̃ su mitur.

Romana ec clesia multi pliciter capi tur.

Vbi sunt bo ni: ibi est ro mana eccle.

Ambro. i.

Oẽs fideles dici p̄it Ro mani.

Actu. xvi.

Romanam eccl. ñ posse errare. &c.

Hiero.

Ad q̃õnem Rñ̃sio.

AD q̃stionem ergo præpositã Rñ̃deo q̃ Christus Iesus ascensurus in cælum/& p̃sẽtiam corporalem abstracturus a nobis: ecclesiã suam dilectissimam/nolens in absentia sua desolatã/sine gubernatore relinquere: elegit Petrum apostolum/q̃ totius ecclesiæ sue caput & gubernator existeret. Et hoc quadruplici ratione. ¶Primo propter pulchritudinem. ¶Secundo propter ostendendã unitatẽ ecclesiæ. ¶Tertio ꝓpter unã fontalitatẽ fluctis ꝑtãtis. ¶Quarto propter ecclesiæ firmitatem/& perpetuitatem.

Christus elegit Petrum in caput & pastorẽ suæ eccle. ꝓpter quattuor.

Primo.

PRimo. Christus Iesus in uno .s. Petro posuit toti⁹ ecclesiæ pricipatum ꝓpter pulchritudinem/& speciositatẽ pricipatus ecclesiastici. Nam inter oẽs species est aliqs principatus. q̃a dicunt Philosophi. Melius esse dr̃ regnum/ubi solus unus pricipaliter regit. Nulli. n. dubium eẽ debet: q̃n regimen ecclesiæ sit optime ordinatum: utpote p eum dispositum/p quẽ reges regnãt/& legum cõditores iusta decernũt. Quod patet. Quia ecclesia ɔstituit̃ ex duplici pariete. s. laycali/& clericali. Sed ĩ pariete laycali ẽ regimen & ordo pulcherrim⁹: utpote Imperator/rex/dux/comes/tribunus/cẽturio/& decurio: quæ oĩa dicunt ordinẽ. Si ergo ecclesia militat ẽt militia spirituali. Patet igit̃ q̃ ipsa debet esse/ut castroꝝ acies ordiata. uidelicet q̃ ĩ ipsa sit pulcherrim⁹ ordo: ac bonũ regimen. Optimum autẽ regimen multitudĩs & pulcher ordo ẽ q̃ regatur p unum: quod patet ex fine regiminis/q̃ est pax. Pax. n. & unitas subditoꝝ/est finis regẽtis. Unitatis aũt cã cõgruẽtius est unus q̃ plures. Manifestum ẽ ergo q̃ regimẽ ecclesiæ sic est dispositũ/q̃ unus ꝑsit oĩb⁹. Quod cõfirmat diuus Bern. lib. iiii. de cõsideratione. di. Sicut seraphin/ac cherubin/ac cæteri ordinãtur sub uno capite deo. Ita hic/sub uno summo põtifice: primates/uel patriarche/archiep̃i/p̃sbyteri/abbates/& reliqui ĩ hunc modum. Hic autẽ (ut hr̃. xxi. dist. c. Quãuis.) Euangelica uoce dñi & Saluatoris nr̃i Iesu xp̃i primatum obtinuit/nõ a cõsiliis: dicẽte dño. Tu es Petrus. &c. Nõ a cõsiliis supple pricipaliter. A xp̃o. n. pricipaliter auctoritatẽ accepit. A cõsiliis uero nõ nisi secundario. Hanc ẽt rõnem de pulchritudie pricipat⁹ ecclesiæ monarchichi/uidelicet. q̃ sub Papa sint alii iferiores p̃lati qb⁹ cõcessa sint diuersa officia. cõfirmat. B. Greg. in. c. singula. lxxxix. dist. inqens. Sicut uarietas mẽbroꝝ p diuersa officia/& robur corporis seruat/& pulchritudinẽ repræsentat. Ita uarietas p̃sonaꝝ p diuersa nihilominus officia

Philosophi.

Ecclesia constituit̃ ex duplici pariete

Bernar.

Confirmat̃ ratio.

Grego.

distributa/& fortitudinē/& uenustatem sanctæ dei manifestat ecclesiæ. Et sic patet prima ratio.

Scdo dico q̄ iō Xp̄s in uno.s. Petro posuit toti⁹ ecclesiæ pricipatum ad ostēdēdā unitatem ecclesiæ/& scissmata uitāda. Vñ Cypria.i.c.loqtur dñs.xxiiii.q.i.Ego dico tibi: qa tu es Petr⁹.&c.Sup unā ecclesiā edificauit.Et q̄uis apostolis oibus post resurrectionē suā parē ptātē tribuit: Tñ/ut unitatē manifestaret unitatis/ei⁹ originē ab uno incipiētē/sua auctoritate disposuit. Et i glo.Mat.xvi.sup illud.Tibi dabo claues.dicit. Raban⁹. Hāc ptātē specialiter Petro ꝯcessit:qa opportuit eē unum Xp̄i uicariū/ad quē diuersa mēbra ecclesiæ recurrēt:si forte iter se dissentirēt: ne si diuersa forēt capita i ecclesia:unitatis uicula rumperent̄. Itē b.Aug.sup p̄s.xlix.ait.Deide q̄dragesimo(.s.ascēsionis)die cōmēdans.S.Petro ecclesiā.i.uocatā terrā a solis ortu usq; ad occasum: ne haberent excusationē/q uolunt in scismate deperire.hec Aug. Ecce ad unitatē uniuersalis ecclesiæ/unicum caput' requiri. Secundo. Cyprianus. Rabanus. Aug.

Tertio ꝑpter unā fōtalitatē fluētis ptātis.i.ut un⁹ fons/& una origo i ecclesia eēnt. Vñ sicut ecclesia Ro. oēs fundauit dignitates ecclesiæ scd̄m qd' ponit̄ in.c.oēs.xxii.dist. Ita ip̄a debuit eē fons/& origo toti⁹ ecclesiastice ptātis. Vñ Cypria. in.c.loqtur.xxiiii.q.i.Nemo f̄rnitatē fallat.nemo fidei ueritatē/p fida p̄uaricatiōe corrūpat.q̄m multi radii sunt ad unum lumen:& rami arboris multi sunt: sed robur unum radice tenaci fundatū. Et quō de fōte uno/riui plurimi defluūt/unitas cōseruat̄ i origine: sic & unū caput ē/& una origo/& una mr̄ copiosæ fœcunditatis. Et Leo Papa/de hac fontali origine sic i serm.iii.ordinatiōis suæ/ ait.O/magnū & mirabile huic uiro/dilectissimi/cōsortiū suæ potentiæ tribuit diuia dignatio.Et si qd cum eo cōe cæteris uoluit eē pricipib⁹:nunq̄ nisi p ip̄m dedit/qcqd aliis nō negauit.Et iō/solus. Petr⁹ uocatus ē in plenitudinē ptātis:ut in.c.dudū.iii.q.vi.Qd' cognoscens diu⁹ Bern.i Epistola.cxxxi.ad Mediolanēses de plenitudine ptātis apostolicæ.ait.Plēitudo siqdē ptātis sup uniuersas orbis ecclesias/singulari p̄rogatiua/apostolicæ sedi donata ē.q igit̄ huic ptāti resistit/dei ordiatiōi resistit.Pōt si utile iudicauerit/nouos ordinare ep̄atus/ubi hactenus nō fuerunt.pōt eos q sunt/alios deprimere:alios sublimare: ꝓut rō sibi dicta uerit.Ita ut de ep̄is creare archiep̄os/liceat:& ecōuerso/si necesse uisum fuerit.Pōt a finib⁹ terræ sublimes q̄scūq; p̄sonas ecclesiasticas euocare/& cogere ad Tertio. Cyprianus. Leo papa. Bernar.

suā pōtiā: nō semel aut bis: sed quotiēs expedire uidebit. Porro in prōptu ē ei oēm ulcisci iobedictiā/si qs forte relactari conat9 fuerit.

Quarto. Quarto In uno posuit ecclesiæ principatum.s. Petro: & per cōsequens in eius successore.s. romano pontificæ: propter ecclesiæ firmitatem/& perpetuitatem. Tum/ quia ubi non ē gubernator/corruet populus. Prouerb.xi. Nā multitudo (cum ē in quo deuiare pōt) errat si non habet ducem/nec rectorem. Propterea.iii.Reg.ulti.dicitur. Vidi cunctum israel dispersum in montibus: sicut oues non habentes pastorem. Tum/quia omne regnum in se diuisum/desolabitur. Et ideo Christus/ait Petro. Tu es Petrus.& super hanc petram edifi.eccle.meam: & portæ inferi nō preualebunt aduersus eam. Vnde Aug. in sermo. quodam Petri & Pauli/ait. Hic est Petrus in illa cælestium discipulorum schola præcipuus/ac primus idoneus.qui uerba uitæ ex Christi ore suscipiens/interpres legis: assertor gratiæ destructor synagogæ/ecclesiæ reparator. Et ideo solus inter apostolos meruit audire. Amen dico tibi. Tu es Petrus: & super hanc petram/edificabo ecclesiam meam. hæc ille.

Prouer.xi.

iii.Reg.ult.

Christus.

Aug.

Ex euāgelio pbat' petrū fuisse constitutū caput ecclesiæ.

Sed quid tot indigemus rationibus? cum ex sacro hoc habeatur eloqo: uidelicet/Petrum a Christo domio fuisse super totam ecclesiam/caput & pastorem constitutum. ¶ Primo ex illo (Ioā.xxi.) quod dominus dixit Petro. Pasce oues meas. Pascere siquidem Christi oues actus ē auctoritatis in pascente. utilitatis in ouibus. finis in Christo. Eo namq; ipso/q̄ Christus suos ut oues pascendas Petro/commisit: meridiana luce clarius patet/ q̄ ipsum pfecit aliis: ut pastorem ouibus. Non oportet ergo alium quærere locum ubi Petro/potestas data est super ecclesiam. quoniam hic locus eam attestatur datam/nisi quis usq; adeo desipiat/ut Petro dictum putet. Pasce oues meas/non officio pastoris/ sed officio mercennarii. Quæ etiam insipientia confutatur ex trina exactione charitatis Christi a Petro. Cui enim amore Christi pascendæ oues committuntur/procul abest amor mercennarius. Vnde & si pascere non significat pricipari: significat tamē actum ecclesiastici principis. Et rursus. si non significat principari: præsupponit tamen pricipatum: quia præsupponit pastorem. Pascere autem non pōt nisi supior: qa cui datum ē pascere. datum quoq; ē esse superiorem. Vnde ex hoc etiā capite/liquet q̄ nō est alius quærendus locus scripturæ/ubi Petrus factus ē super totā ecclesiam:

Primo.

Ioā.xxi.

Exclusio obiectionis.

quoniam hic clare habetur. Eo namq; ipso/quo Petro/ut pascat Christi oues cōmittitur: Christianus populus/ut oues iubetur se habere ad petrum. Frustra enim committerentur ut oues pascendas a Petro/nisi ut oues exhiberentur eidē a communi domino. Vnde necessitas non solum pastus/sed subiectionis ī uerbis domini significatur. Pasce oues meas. Attestante etiam hoc Augusti. hic exponente pascere/non solum docere: sed regere/dum dicit oues ipsas pascendas: hoc est docēdas/regendasq; committit. Et Chrysosto. Pasce oues meas. i. fratrum curam suscipe. ¶ Et si instetur q̄ sub his uerbis/Pasce oues meas. nō possunt comprehendi omnes christiani. Tum: quia si tota ecclesia uniuersalis comprehensa eēt/ dici debuisset. omnes oues meas/sicut dictum est. docete oēs gētes. Mat. ulti. Tum/quia nihil impossibile commissum est a Christo. Vniuersam autem per orbem ecclesiam pasci ab uno/ē impossibile. Peccasset. n. si nō oēs solus pauisset/si omnes soli commissæ fuissent. Quare/fatendum est/dictum illud ad oēs apostolos pertinere: quoq; sonus exiuit in oēm terram. Tum/etiam: qa sub hoc nomine oues/electi tm̄ cōprehenduntur. testante hoc ipō dn̄o. Ioā. x. Oues meæ/uocem meam audiunt/& ego cognosco eas/& cognoscunt me. & ego uitā æternam do eis: & nō peribunt in æternum/ & non rapiet eas quisq̄ de manu mea. ¶ In prōptu huic instātiæ/ē responsio satisfactiua: nec difficilis ab exercitatis in sacris lr̄is. Dicendo siquidem. Pasce oues meas. Oportet aut omnes/aut istas/ aut nullas: uel uage/oues committi pascendas. Et quidem q̄ non has/uel illas determinate commiserit. uerba ipa testantur. q̄ uero nullas/ueritati aduersatur: q̄ autem uagæ reliquerit/& Christi sapientiæ derogat: & ueritati pronominis adiuncti contrariatur. Sapientis em̄ gubernatoris & potentis definite prouidere/non est uagam relinquere prouisionem suam. Et cōstat q̄ ex hoc ipso q̄ solo pronoīe meas demonstrans oues/nō uage seu indefinite loquitur. sed ex hoc ipso q̄ nullas suas eximit/omnes suas compræhendit: dicendo. Pasce oues meas. Et propterea nō oportuit apponere omnes. quia quæcunq; oues ad quas extenditur pronomen meas/cōpræhenduntur cum dicitur. Pasce oues meas: sicut Ioan. x. oēs cō præhensæ sunt Christi oues/cum dixit dominus. Animam meam pono ꝓ ouib⁹ meis. Et rursus. Oues meæ/uocem meā audiunt. &c. Vnde ly meas uiuersalis signi supplere effectum altiori ratione necessario appositum patet. Et propterea non esse simile iudicium de

Xp̄ianus popul⁹ ut oues iubet' se hr̄e ad Petrum.

Aug.

Chryso.

Instantia.

Mat.

Ioā. x.

Rn̄sio ad instantiam.

Nota.

Ioā. x.

hoc textu/& illo: docente omnes gentes. Ibi enim tam suas/q̃ non suas per electionem gentes/docendas mandauit. Hic uero oues suas pascendas commisit/sufficienter per ly meas comprehen/dens omnes: ut ratione/& testimonio scripturæ monstratum est clarissime constare ex eodem Euangelista. Et confirmatur rursus ex uerbis domini/Ioan.x. Alias oues habeo/quæ nõ sunt ex hoc ouili/& illas oportet me adducere: & fiet unum ouile/& unus pa stor. Si enim ex ouibus omnibus/ouile unum constare debet sub uno pastore: consequens est/ut cum unus pastor instituitur: & di citur Pasce oues meas/illius unius ouilis curam committat. Dubi tandum enim forte fuisset si plura haberet Christus ouilia: de qui bus suis ouibus loqueretur. cum autem unum tm̃ ouile se habere testetur: dubitari non potest quas suas oues committat. nisi quis adeo desipiat/ut de parte tantum ouilis curam committat. Sed huic insaniæ/protinus se opponit Theophilus inquiens. Finito prandio/commissionem ouium mundi Petro commendat & non alii. ¶Et cum dicitur/nihil impossibile commissum fuisse a Chri sto. Verum equidem dicit. Non enim est impossibile: sed neces/sarium atq; utile/omnes Christi oues/pasci ab uno/ut catholi cæ ecclesiæ capite. In hoc autem pascendi modo/scilicet: ut a ca/pite catholicæ ecclesiæ/clauditur q; Christi oues diuersis coadiu uantibus membris/pascuntur a capite: sicut totum corpus a capi te regitur/coadiuuantibus aliis membris. Vnde non est dicẽdum/ q; Petrus pascit omnes Christi oues. i. facit pascere: sed q; ipse/ut caput per alia membra coadiuuantia/pascit omnes Christi oues. Ex quo patet/q; commissum est soli Petro/non ut solus omnimo do: sed ut solus tanq̃ caput catholicæ ecclesiæ/pascat omnes Chri sti oues. Et propterea nõ peccat si per cõmembra adiuuatur ad pa scendum Christi oues: sed peccaret/si cõcaput ecclesiæ catholicæ sustineret. Vnde non est dicendum/uerba illa domini se extẽdere ad alios Apostolos: sed ad solum Petrum: ut clare docet text⁹ ipse/si medullitus bene consideretur. Tum ex nomine proprio suo/& patris carnalis tertio repetito. tum ex comparatione apposita ad alios. diligis me plus his? comparatiuum enim diuersitatem mon strat ipsius ad alios Apostolos præsentes/quibus cõparatur. Tum ex propria Petri passione/qua contristatus describitur ex tertia in terrogatione/memor negationis Christi prædictæ sibi olim ipso pa rato mori: cum dixerat. Etiã si op. me mori tecum. &c. Et qm̃ hæc

Ioan.x.

Exclusio ob iectionis.

Theophyl.

R̃ñsio ad se cundã ptem instantiæ.

Soli petro di ctũ fuit. pa sce oues me as.

fuerunt Petro data post resurrectionem domini: & aliis Apostolis nec antea: nec postea inuenitur simile quid dictum: restat/ut omnino soli Petro dictũ sit/Pasce oues meas. Nec obstat/ꝙ ecclesia Apostolos oẽs uocat pastores dominici gregis i præfatione (Quos operis tui uicarios eidẽ contulisti esse pastores) qm̃ hoc ad apostolatum manifeste refertur: & propterea hoc mõ/dicũtur pastores dominici gregis/quo ad apostolatum spectat pastoralis cura. Vt autẽ Apostoli nomẽ testat/pastorale exercitium ad Apostolos spectat/ut legatos Christi. Et sic/hoc ẽ ut legati Christi/dicuntur pastores dominici gregis. Petrus autem (ut ex supra dictis & dicendis patebit) constitutus est ut ordinarius pastor/etiam ipsorum Apostoloꝝ. Et hoc significant Christi uerba/Pasce oues meas. ¶Sed cum dicitur: sub his uerbis/significari tm̃ electos: & sic Petri pontificat⁹/quasi ad solos electos uideatur se extendere. Non sic est intelligendum/ut propter hoc restrictus sit. sed subordinatus electorum pastui: hinc est omnis circa alios pontificatus actus. Sicut enim scd̃m uniuersi ordinem unicus cæli motus ꝑpter implendum numerum est electorum: & idem tamen ẽt ad propagandos non electos se extẽdit: & scd̃m ordinẽ gratiæ summæ bonus pastor Christus/aiam suam posuit ꝑ ouibus suis/hoc est electis: & tñ eadem mors pro totius mundi uita fuit. Ita in sacris mysteriis Summus Põtificatus ꝑpter pascendos ẽ electos/& idem nõ electos cõpræhendit. Nec immerito: qm̃ eiusdem est cura/finis/& dispositio eoꝝ quæ sunt ad finem. Vita autẽ electoꝝ finis est gubernatiõis alioꝝ. Omnia inqt Apostolus .ii. ad Thim̃ .ii. sustineo ꝑpter electos. Et ad Roma. viii. Oĩa electis donata testantur. Et sup oĩa bona domini constituendi affirmantur electi. Mat. xxiiii. Nec silentio inuolutos ꝑpterea dixerim ꝑscitos: qm̃ scd̃m quãdã opinionẽ sub agnoꝝ noie/cõpræhẽdi aliquos ꝑscitoꝝ/nõ incõuenit. Sunt. n. xp̃iani multi impfecti semper discentes/& nunq̃ ad pfectionem ouis pueniẽtes: quos dñs pascendos simul cum ouibus/hoc est electis/cõmisit Petro. Vnde bis commisit agnos/& tertio oues. non solum quia imperfecti maiore egent cura: sed ut ipso numero diuersitatem insinuaret agnorum suorum/hoc est Christianorum communem uitam ducentium: dum alii reprobi/alii electi sunt. Oues autem semel & ultimo committuntur: quia omnes Christi oues inter electos sunt: & crescens oratio ad summum terminatur. Et cum omnes pastorali Petri curæ committantur/soli agni/& oues pa/

Exclusio obiectionis. Quare ecclesia Apostolos uocat pastores. Rñ°. ad tertiã partẽ instantiæ. Sb regimie electoꝝ: sub ordinatẽ regimen ꝑscitorum. .ii. Thim. ii. Ad Ro. viii. Mat. xxiiii.

Lupi & ursi ab ecclesia sūt exterminandi.
Rom.viii.

scendæ cōmittuntur. Lupi siquidem/Leones/& Vrsi commissi/intelliguntur cauendi/fugandi/aut exterminandi. Vnde nullus a Petri pontificatu exemptus relinquitur/etiam si solum fuisset illi cōmissum/Pasce oues meas: propter quas fiunt omnia: utpote quibus omnia cooperantur in bonum: ut Apostolus ad Roma.viii.testatur. Et ne per multa diutius uagemur: sed solida ratio simul cum ueritate pateat: ad nostrum reuertamur ordinem/probantes ex sacra pagina/Petri principatum super alios Apostolos/& pastorale officium super totam ecclesiam.

Secundo.
Mat.xvii.

¶ Secundo igitur clara fit hec ueritas ex illo Christi facto. Mat.xvii. ubi dñs postulatus solutionē tributi: ad Petrum inquit. Vade ad mare/& mitte hamum/& eum piscem qui primus ascenderit/tolle: & aperto ore eius/inuenies staterem. Illum sumens da pro me/& pro te. Pensa autem dydragmæ (ut inquit Ambro.) solutio erat capitis. Vnde iam dabatur intelligi/ꝙ Petrus post Christum super alios Apostolos/caput & primus constituendus erat. Quaobrem. B. Augu. in lib. de qōnibus ue. & no. testa.q.lxxix. inquit. Saluator noster cum pro se & Petro dari iubet dydragma/pro omnibus soluisse uidetur. quia sicut in Saluatore erant omnes causæ magisterii: ita & post Saluatorē in Petro omnes continentur. Ipsum enim cōstituit esse caput eorum: ut pastor esset gregis dominici. hæc Aug. Idem Chrysosto. & Glo. interlinearis super illud Mat.xix. Quis putas fidelis seruus & prudēs quem constituit dominus super familiam suam: dicunt. Quia discipuli uidentes ī tributi redditione ꝙ Petrus fuerat domino cōparatus/arbitrati sunt Petrum apostolis prelatum.

Ambro.
Aug.
Chrysosto.
Mat.xix.

Tertio.
Inter nomia Apostolorum: nomē Petri præponit.
Mat.x.
Glo.

¶ Tertio manifestus uidetur principatus Petri īter cæteros Apostolos/ex hoc: ꝙ inter noīa Apostolorum: nomen Petri cōmuniter cæteris præponitur. Mat. eñi. x. dicitur. Duodecim Apostolorum nomia sunt hæc. Primus Symon/qui dicitur Petrus. & Andreas frater eius. Primus inq̄ dignitate/non uocatione. ut ait quædam Glo. super Mat. propter quod uertex dicitur apostolorum. Andreas uero secundus. & sic deinceps. Et attende ꝙ licet Petrus uertex/dicatur primus. non tamen dicitur Andreas secundus: nec Philippus tertius: quia omnes sunt secundi Petro/quo ad iurisdictionem. quia non unus sub alio: sed omnes sub Petro. Glo. etiam ordinaria/ibidem inquit. Voluit dominus Apostolorum principem/prius alio nomine uocari: ut ex ipsa commutatione nominis/sacramenti uiuacitas cōmendaretur. Hæc quoq; primitas ordinis. B. Petri inter

Glo.

apostolos: manifesta ē ex illo Ioā. xiii. ubi Christus pedes discipulorū loturus/cæpit a Petro. ubi glo. iterlinearis/ait. Venit ad Petrū/ nō post alios: sed prius ad primum apostoloꝝ. Hunc ēt ordinem testatur Chrysosto. sup illud Actuū. i. Exurgēs Petrus in medio fratrum. Petr⁹ inquit ut inflammatus/& sicut ille cui cōmissum erat a dño ouile: & ut princeps semp sermonem inchoat. Vnde dicente Christo. Et uos estote parati. solus Petrus ꝑ omnibus interrogat. An Christus dñs doctrinam suā ad solos ipsos referret discipulos: an ad oēs/dicens. Dñe ad nos dicis hanc parabolā/an ad oēs? Luc. ii. Super quo/inqt Theophilus. Petrus cui cōmittenda erat ecclesia/quasi oīum curam gerens/inquit: Vtrum ad omnes hanc parabolam protulisset. Mat. quoq3. xix. dicente Christo fore difficile diuitem intrare in Regnum cæloꝝ: solus Petrus ꝑ oībus interrogat. Ecce nos relinquimus omnia/& secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Vbi Chrysosto. inquit. Qui claues regni cæloꝝ acceperat. de his quæ ibi sunt iam cōfidit/& pro orbe terraꝝ interrogat uniuersa. Ideo Glo. apte dicit. in. c. placuit dist. xvi. illum in cōuentu debere prius loqui/cuius potior extat auctoritas. Item hæc primitas ordinis. b. Petri iter appstolos/patet ēt in Actib⁹ apostoloꝝ. Vnde habetur Actuum. ii. ꝙ in die Penthecostes irridētib⁹ iudeis apostolos/ꝙ uariis linguis loquerentur: occurrens Petrus testimonio Iohelis prophetæ: illis respōdebat. Vbi glo. interli. ait. Loqtur Pastor pro ouibus. Item in sententiis diffinitiuis proferendis. Primo cōtra Ananiam & Saphyram. Quāuis enī/partem precii agni Ananias & Saphyra ante pedes apostoloꝝ/posuissent. Tñ Petrus uelut caput & priceps apostoloꝝ loqtur primus. Idē accidit cōtra Symonem Magum offerentē pecuniā apostolis/ut ptātē haberet dandi spiritum sanctum. Actuū. xiii. ubi Glo. iterlinearis sup illud Petrus autem dixit: inqt sic. Petrus quasi priceps loquitur prim⁹. Vnde dixit Symoni mago. Pecunia tua tecum sit ī perditione. &c. Actuum quoq3. xv. in concilio facto ab apostolis sup obseruatiōe legalium dicit ꝙ Petrus primus surrexit ad loquendum. Inde glo. in uerbo. Surgens Petrus/ait. Præ omnibus quasi priceps loqtur. Quāobrem ecclesia. B. Petrum cōfitetur principem apostolorū: cum in officio eiusdem decantat. di. Tu es pastor ouium: princeps apostoloꝝ: tibi tradidit deus claues regni celorum. ¶ Quarto hoc idem manifestatur ex singulari cōmissione/appellatione/responsione/& signorum a Christo ostensione. Quæ omnia uidere potes

Io. xiii.
Glo.
Chrysost.
Actuum. i.
Luc. ii. Teophilus.
Mat. xix.
Chrysost.
Actu. ii.
Glo.
Petrus erat prim⁹ ī sentētiis diffinitiuis ꝓferēdis.
Actu. xiii.
Glo.
Actu. xv.
Glo.
Ecclesia/Petrum cōfitetur principē apostolorū.
Quarto.

superius quasi in primordio huius tractatus: ubi egi de plenitudine potestatis Petro cõmissæ. Ideo illa/gratia breuitatis/postpono: & ne contingat idem sepius replicari.

Auctoritati bus sancto/ rum doctoꝝ idẽ ꝓbatur.

Nunc autem ad sanctoꝝ doctoꝝ / & patrum auctoritates/me uerto: non tñ ad oẽs/ nec oium: sed ad tot quot expediunt/& sufficiant ad confirmanda quæ de Petro supra dicta sunt. Vt.s. probem⁹ Petrum apostolum fuisse a dño/caput & pastorẽ ecclesiæ cõstitutum: & ut discant q nesciunt a priscis ecclesiæ patribus in Asia/Africa/& Heuropa/ ueneratum eẽ Romanum Pontificem/ut totius ecclesiæ pastorẽ: non humana sed diuina rõne.s. quia in Petro institutus est rector ecclesiæ uniuersalis. Et ueniant prius sancti & antiq doctores græci: sequentes eos cæteri doctores Latini.

Primus. Dyonisius.

¶ Et primus sit diuinus Dyonisius/doctoris gentium discipulus. Ipse namq in lib. de diuinis noib⁹.c.iii.uocat Petrum uerticem.i.capitaneum.uel scdm aliam trãslationem. Petrus supremum decus/& antiquissimum theologoꝝ culmen. Et in lib. quẽ scripsit de morte apostoloꝝ Petri & Pauli/dicit. Cum separarentur ab inuicem/ducti ad suplicia: Paulus Petrum alloquitur in hæc uerba. Pax tecum fundamẽtum ecclesiaꝝ/pastor ouium/& agnoꝝ Xp̄i.

Secundus. Gregorius nazanzen⁹.

¶ Secundus sit Gregorius nazanzenus scribens impatorib⁹ Constantinopolitanis: & habet̃. x.distin.c.suscipitis.inqt. Lex Christi sacerdotali uos subiicit potestati: atq istis tribunalibus uos subdit.

3 Ighatius.

¶ Tertius. Sãct⁹ Ignatius patriarcha Constãtinopolitanus/in illa epistola sua ad Adrianum papam/quæ lecta & recepta fuit in octaua synodo uniuersali: ait. Solus & ex toto ordine magister oium deus/dicit.b. Petro magno & summo apostoloꝝ. Tu es Petrus. & super hãc petram edificabo ecclesiam: &c. Tales eñ beatas uoces non scdm quãdam utiq sortem apostoloꝝ pricipi Petro solum circumscripsit/& diffiniuit: sed ꝑ eum & ad oẽs qui post illum/scdm ipsum efficiendi erant summi pastores/& diuinissimi sacriq pontifices senioris Romæ transmittit.

4 Io.Chryso. Idem.

¶ Quartus. B.Io.Chrysosto. super illud. Mat. Tibi dabo. A Christo inqt Petrus/& eius ecclesia ad salutem oium mittit̃ cum ptãte omni/super oẽs: quod nulli hoium credimus eẽ concessum. Ietm sup eundẽ Mat.ait. Filius quæ patris est/& ipsius filii ptãtẽ Petro ubiq terrarum commisit: & homini mortali/omnium quæ in cælo sunt dedit auctoritatem: dãdo ei claues ad hoc ut eius ecclesiã ubiq terraꝝ amplificet.

Idem.

Et ibidẽ. homel. lv. exponẽs illud. super

hãc pet. dicit. Petrũ ecclesiæ futuræ pastoręcõstituit. Et ĩfra. Deus cõcedere solus põt pc̃tõꝝ remissiõem: & ut futura ecclesia tot tantisq; fluctib⁹ impetu irrumpẽtibus ĩmobilis maneat: cui⁹ pastor & caput piscator hõ/atq; ignobilis terrarũq; reluctãte adamantis natura firmitate superet. hæc inq̃ oĩa quæ solius dei sunt/se pollicet̃ daturũ. Et infra. Hunc. s. Petrũ uniuerso terraꝝ orbi Xp̃s p̃posuit. Et homel. ult. sup Ioã. tractans illud/Symon Ioãnis diligis me plus his? &c. dicit. Aliis omissis/dumtaxat Petrũ affatur: fratrũ ei curã cõmittit: neq; negationis meminit/neq; exprobrat. tãtum dicit. Si amas me/fratrũ curã suscipias. Et ĩfra: tractãs illud/seq̃re me: ait. Inq̃t ei seq̃re me. qb⁹ uerbis, iteꝝ curã & familiarẽ in eum affectum ostendit. Quod si q̃s pcontaretur/quõ Iacob⁹ Hierosolymis sedẽ acceperit? ridere hunc totius orbis magistrum præposuisse. Et sup actus apostoloꝝ ẽt inq̃t. Petrus a filio sup oẽs qui filii sunt/ptãtem accepit: nõ ut Moyses in gente una/sed in uniuerso orbe. Et super illud Io. xxi. Pasce oues meas/dicit. Id est loco mei præposit⁹ & caput esto fratrũ tuoꝝ: ut ipi te in loco mei assumẽtes/ubiq; terraꝝ/te i throno tuo sedẽtem/p̃dicẽt & confirment. Et ibidẽ etiã ait. Preteriens autẽ eos/Petro loq̃tur. Eximius eñ apostoloꝝ erat Petr⁹/os discipuloꝝ/& uertex totius collegii. ¶ Quintus. B. Cyprianus martyr i tractatu de simplicitate p̃latoꝝ: dicit ea quæ referuntur. xxiii. q. i. c. loquitur dominus. quæ breuitatis causa non duxi repetenda. In illis siquidem Petri pontificatus satis patet: ut declaratum superius est. ¶ Sextus est beatus Cyrillus patriarcha Alexandrin⁹. qin libro thesaurorum ecclesiæ/ait. Apostoli in Euangeliis & Epistolis affirmarunt in omni doctrina/Petrum esse loco domini/in eius ecclesia: eidem dantes locum in omni capitulo/& congregatione: in omni electione & confirmatione. Et ibidem. Sicut Christus accepit a patre ducatum & scæptrum ecclæsiæ gentium ex israel egrediens super omnem principatum/& potestatem/& super quoscunq;: ut ei genua cuncta curuentur. Sic & Petro/& eius successoribus plenissime cõmisit: & nulli alii q̃ Petro Christus quod suum est plenum: sed ipi soli dedit. Et i eodem lib. etiam dicit. Vt membra maneamus in capite nostro apostolico/throno Romanorum põtifice a quo nostrum est quid querere: quid credere: quid tenere: quid fugere debeamus. Ipsum uenerantes. ipsum rogãtes præ oĩbus. Quoniam ipsius solius est rep̃hendere/corrigere/& statuere/& dispõere: & ligare/& soluere. loco illius q ipsum

Idem. Idem. Idem. Idẽ. Io. xxi. 5 Cyprianus. 6 Cyrillus. Idem. Idem.

edificauit: & nulli alii quod suum est plenum/sed ipsi soli dedit/cui oẽs iure diuino caput inclinant: & primates mundi tanq̃ ipsi Iesu/
7 obediunt. ¶ Septimus. Theophilus/tractans illud Luc.xxii. Tu
Theophil⁹. aliquando cõuersus/confirma fratres tuos/ait. Postq̃ me negato
Luce.xxii. ploraueris ac penitueris/corrobora cæteros: cum te principẽ apo/
stolorum deputauerim. hoc eñ decet te q mecum robur es/& petra
Idem. ecclesiæ. Et ibidem etiã inquit. Qui obtinuit q̄ esset antixtes mun
Ioã.ulti. di caput & dñs oĩum aliorum. Et super Ioan.ult.c. super illud. cum
pransissent. ait. Finito prandio cõmissionẽ ouium mundi Petro cõ
Idem. mendat/non alii. Et super illud sequere me: ait. In hoc q̄ dicit do
minus Petro/sequere me: cũctorum fidelium prelaturam ei instituit.
8 ¶ Octauus. uenerabilis Beda super illud Ioã.i. Intuitus autẽ in eũ
Beda. Iesus/dicit. Vidit cordis ei⁹ simplicitatẽ: animi sublimitatem: cui⁹
Ioã.i. merito cunctæ esset preferẽdus ecclesiæ. ¶ Nonus est Maximus:
9 qui i epistola Orientalib⁹ directa/ait. Oẽs fines orbis q dominum
Maximus. sincere receperunt/& ubiq̧ terrarum catholici uerã fidẽ cõfitentes/
in ecclesiã Romanorum tanq̃ in solem respiciunt: & ex ipsa lumẽ ca
10 tholicæ/& apostolicæ fidei recipiunt. ¶ Decimus est Cyrillus pa
Cyrillus. triarcha hierosolymitanus/qui ex psona xp̄i loquens/dicit Petro.
Tu cum fine/& ego sine fine: cum oĩbus quos loco tui pcnam/ple
ne & perfecte sacramento/& auctoritate ero/sicut sum & tecum.
11 ¶ Vndecimus. Marcellus papa & martyr tpe Diocletiani/& Ma
Marcellus. ximiani: seu Cõstãtii & Galerii/qui imperii gubernacula suscepe
runt post Diocletianũ & Maximianum. in. c. Rogam⁹ uos. xxiiii.
q.i. ait de Petro. Rogamus uos fratres dilectissimi: ut nõ aliud do
ceatis/neq̧ sentiatis: q̃ quod a Petro & reliquis apostolis/atq̧ pa
tribus/accepistis. Ipse eñ est caput totius ecclesiæ: cui dñs ait. Tu
12 es Petrus: &c. ¶ Duodecimus est sanctus Leo primus: qui i ser.iii.
Leo prim⁹. de anniuersario suæ assumptionis die/ait. De toto mundo un⁹/Pe
trus eligitur/qui & uniuersarum gentium uocationi/& omnibus
apostolis/cunctisq̧ ecclesiæ patrib⁹ pponatur: ut quãuis in populo
dei multi sacerdotes sint/multiq̧ pastores: oẽs tamen regat Petr⁹/
quos principaliter regit & Christus. Magnum & mirabile dilectis
simi huic uiro consortium/potentiæ suæ tribuit diuina dignatio.
& si quid in eo cõmune cæteris uoluit esse principib⁹/nunq̃ nisi p
ipsum dedit/quicqd aliis non negauit. ¶ Prætereo auctoritates di
Bernar. ui Bernardi: (ex quibus tñ aliquæ in supius dictis allatæ sunt) faci
entes ad intẽtum nr̄m: quas nimis longũ foret singulas adducere.

[Margin notes: A toto cōcilio fuit facta cōclusio. — Rñsio ad cōfirmatiōem argumenti. — Grego. — Glo. — Gal. ii. — Actu. xi. — Grego. — Rñsio ad aliam cōfirmationem. — Chryso.]

Ad quītum obiectum re ſponſio. ¶ Ad quintum obiectum/Rñdeo ꝙ Romanum pōtificem Chri ſti inſtitutione eſſe prælatum cæteris/pōt dupliciter intelligi. Vel quo ad rõnem initii:& ſic falſum eſt:iuxta ſuperius declarata. Vel ꝑſuppoſita appropriatiõe eccleſiæ romanæ/ad Petrum. Et ſic ue riſſimum eſt.& propterea conceditur ſequela.ſ.oēs peccare & pec caſſe/qui eum non recognouerunt/ut prælatum.Et cum infertur

Ad primum incōueniēs. primo/ꝙ primitiuā eccleſia erraſſet/negatur ſequela:qm̄ tunc ad huc nō fuerat appropriatio eccleſiæ romanæ ad Petrum:qua præ ſuppoſita pōtifex Romanus præeſt oib⁹. Sufficiebat ſiqdem tunc ꝙ tota eccleſia recognoſceret Petrum/ut totius eccleſiæ paſtorē. Poſt appropriatā autem Romanam eccleſiā/oportet recognoſce re Roma.pontificem ſucceſſorē Petri/paſtorem totius eccleſiæ/ nō quatenus eſt Roman⁹ pontifex:ſed quatenus eſt ſucceſſor Pe

Ad aliud in cōueniens. tri:per ſe/& formaliter loquendo. Cum uero infertur ſcdo ꝙ tot martyres & ſancti ad quadringentos annos peccaſſent/quia non recognouerunt Ro.pōtificem. Reſpōdetur falſum eē huiuſmodi martyres & ſanctos/nō recognouiſſe Ro.pōtificem. A principio enim eccleſiæ Petrus recognitus eſt:Et ſucceſſiue Roma.pōtifex ei ſuccedens:ut ſupra adductæ manifeſtant auctoritates ſanctoꝝ.

Ad tertium incōueniēs. Et ſimiliter cum tertio infertur Aſiam/Africam/& Græciā erraſ ſe/quia non fuerunt ſubditæ Romanæ eccleſiæ:manifeſte errat/ & ꝙ falſiſſima cōprobantur inducuntur. Plenum ſiqdē regiſtrum

Grego. Gregorii curis Aſiæ/Africæ/& Græciæ:teſtat́ oppoſitum. Quod

Ad ultimū i. cōueniens. demum inducitur xp̄anos hodie Orientales non ſubeſſe Romano pōtifici(niſi de ſciſmaticis ſit ſermo)falſum eē/ex geſtis in cōcilio Florentiæ ſub Eugenio.iiii.patere poteſt:ut ſupra deductum ē.Ibi ſiqdem Iacobitæ/Armeni/atq; Græci:Roma. pontificem/ut pa ſtorem totius eccleſiæ recognoſcere ſe confeſſi ſunt. Ad probatio nem autem ſubiunctam:quia nec Epī ibi a Papa inſtituuntur:nec cōcilia eoꝝ Papæ fiunt auctoritate. Dico ꝙ huiuſmodi exequutio num conſuetudo/in quibuſcunq; prouinciis/Papæ nec tollit/nec ledit auctoritatē. Verumtamen pluries noſtra ætate uiſum eſt ab Orientalibus miſſum ad Ro.Pontificem pro ſubrogando Epiſco po ſeu confirmando electo.& tempore Alexandri.vi.& Iulii.ii.&

Ad ſextum obiectum. Leonis.x. ¶ Ad ſextū obiectum/dicitur Romāæ eccleſiæ appella tione intelligi poſſe/uel ipſum corpus Romanæ eccleſiæ ſcd̄m ſe: uel ſecundum ſuum caput. Et licet Romana eccleſia ſecundum re liqua eius membra non ſit prima/nec mater omnium eccleſiaꝝ/

nec immediate instituta a Christo. Ipsa tamen eadem ecclesia Romana secundum suum caput Petrum/ac Petri successorē: prima est/ac mater & magistra oīum ecclesiaꝶ/& immediate a Christo euangelica uoce auctoritatem ac firmitatem habens: ut ꝓdeclaratum est. Vnde tam canonum/q̄ sanctoꝶ sententiæ/Romanam ecclesiam primam/magistram/matrēq; ecclesiaꝶ/aut a Christo domino euangelica uoce fundatam firmatamq; sonantes: ueræ sunt rōne capitis. Et hoc intendunt qui hæc scripserunt: ut ex eo patet ꝙ eoꝶ sententia fundatur sup uerbis domini ad Petrum: q caput fuit/& in suis successoribus/est ecclesiæ Romanæ. Vnde nihil obstant huic primatui/quæ de Hierosolymitana ecclesia afferuntur. Nam illa non fuit prior Petro: sed subdita fuit Petro. Collectæ autem ecclesiæ Hierosolymitanæ/non ut prælatæ/sed ut indigenti/ab illis dabantur: ut patet ad Gal.ii. Vnde impertinentes sunt ad propositum. ¶Ad septimum obiectum/Rn̄detur ꝙ nō est eadem ratio de successione in apostolatu/& de successione i pontificatu. Apostolus enim (ut ip̄m nomen testatur) sonat ab alio missum/seu legatum: iuxta illud Apostoli.ii.Cor.v. Legatiōe pro Christo fungimur. Et ad Ephe.vi. Legatione fungor in cathena ista. Non est autem legatoꝶ uendicare sibi successores: sed finitur legatio cum legato: nisi a domino alius mittatur. Pastor autem ordinarium officium sonat: cuius est habere successorem. Et propterea ecclesia nō habet apostolos q successerint in apostolatu/Christi apostolis: sed habet Ep̄os succedentes apostolis/nō quo ad apostolatus auctoritatem: sed quantum ad episcopalem tam dignitatem/q̄ auctoritatē. Vnde si formaliter & exactissime loquendum est/nec Petrus habet successorē in apostolatu. tum/quia apostolatum cōmunem habebat cum reliquis apostolis. paresq; i apostolatu omnes fuerunt: Ac per hoc par est ratio in apostolatus successione de omnibus. tum/quia experientia testatur: nullius Petri successoris libellos quantumcunq; sanctos/inter sacras esse scripturas: usq; adeo/ut Epistola Pauli ad Philemonem quāuis commendaticia unius serui inter sacras computetur scripturas. Verumtamen: quia successor Petri succedens ei in pastorali officio ouium Christi (quod est pontificatus mundi) ex hoc ipso succedit in precipuo Apostolatus officio/quod erat gubernare/catholicam ecclesiam. hoc enim communiter apostolis omnibus a Christo delegatum fuit. hoc petro singulariter pastorali officio datum est. hoc solus Pe/

Nota.

Gal.ii.

Ad.vii.obiectum.

.ii.Cor.v.

Ephe.vi.

tri successor hereditat/ex hoc ipso quod succedit Petro in pontificatu ecclesie catholicae. Hinc igitur sola successoris Petri sedes/uocatur & sedes apostolica: utpote ea in qua sola auctoritas gubernandi ecclesiam catholicam (quae inter facultatem legatus apostolis summum tenet locum: ut patet ex hoc quod quilibet apostolus ubicunque contingeret ipsum fore/instituebat/ecclesias/episcopos/& id genus reliqua faciebat/sicut eorum gesta testitur) residet. hinc successor Petri apostolicus. hinc eius dignitas/seu officium apostolatus. hinc ei⁹ auctoritas/apostolica uocatur: utpote cōplectens supremam omnibus apostolis tributam auctoritatem: ut dicit Glo. interli. super illud Apostoli. i. Cor. x. Posuit Deus i ecclesia primum apostolos. Omnium. s. ordinatores & iudices/manifestans apostolicam auctoritatē esse oium ordinatricem & iudicē. Extat siquidem Hierosolymitana sedes/in qua Iacobus apostolus sedit/cuius successor est Episcopus Hierosolymitanus: Cur sedes illa in qua Iacobus apostolus sedit (quae prior tempore fuit q̄ quaecunque alia partialis sedes) non est ipsa quoque sedes apostolica? nisi qa in illa non est auctoritas apostolica. & in ista est. Nam si ex sola successione ad personā apostoli/affirmaretur a xp̄ifidelibus sedes apostolica: dubium nō est quod multae essent sedes apostolicae. & Hierosolymitana sedes esset apostolica: & Romana sedes esset apostolica. Vnde solutio patet oium quaesitorum. Et cur solus Petrus inter apostolos habet successorē in apostolica auctoritate: qa. s. solus institutus est a Christo pastor ouium suarum uniuersalis. Et quo pacto cum hoc cōstat epos omnes succedere apostolos i Epali dignitate/& auctoritate: & quatenus epos oēs esse pares. Hoc eñ nihil oino obstat ueritati declaratae. Et quare Eps Hierosolymitanus non succedit Iacobo i auctoritate apostolica. Eps autē Romanus succedit Petro in apostolica auctoritate: qa. s. Petrus auctoritatem apostolicam habuit ēt ut ordinarius pastor a Christo institutus sup uniuerso ouili suo. Iacobus autē eam habuit tm̄ ut apostolus. Et hoc non rōne/aut uoluntate humana factum: sed Christi ueri dei institutione/ordinatum esse/monstratum est: dum Petrum solum pastorem suarum ouium instituit dicens/Pasce oues meas. Hoc ēt. s. Romani pontificis sedem esse apostolicam/testatur Augu. in epistola. cvi. ad Paulinum: loquens de Innocentio Papa qui ad litteras ab ipso Augustino missas/rn̄derat: sic dicens. Ad oīa nobis/ille rescripsit/eodē modo quo fas erat/atque oportebat apostolicae sedis an

Successoris Petri sedes/sola dr̄ apostolica.

Glo. i. Cor. x.

Sedes Hierosoly. qua re non dicit̄ apostolica.

Solutio q̄si/torum.

Quare Eps Hieroso. nō succedit Iacobo in apostolatu.

Aug.

tistiten. Et in lib. ii. de doctrina christiana/non longe uersus princi pium/decretales æpistolas apostolicæ sedis iter canonicas haben das scripturas ēēet/dicēs. In canonicis scripturis ecclesiarum catho licarum/q̄ plurium diuinarum scripturarum solertissimus indagator/au ctoritatē sequatur: inter quas sane ille sint/quas apostolica sedes habere/& ab ea alii meruerunt accipere æpistolas. Hoc idem affir mat Hiero. scribens ad Damasum papam. Epistola. ii. inquiens. Si hæc nostra confessio apostolatus tui iudicio/comprobatur: quicunq; me inculpare uoluerit. &c. His em̄ dictis/clare patet Romanā se dem esse apostolicā: necnō & Roma. pontificem/apostolicæ sedis ep̄m a sanctis ēēe uocatum. ¶ Ad cōfirmationē autē argumēti/ R̄ndeo illas cōsequētias nihil ualere: utpote ex impertinentib' ad ppositum deductas. Dicta siquidē Hiero. ī utroq; loco/impertinē tia sunt ad propositum. utpote quæ de ep̄is & p̄sbyteris/quatenus ep̄i & presbyteri sunt/dicuntur. æqualitas nāq;/seu identitas diui no iure inter ep̄os & p̄sbyteros/siue sit/siue non sit/nihil refert ad unitatē pastoris totius ecclesiæ. Non. n. ideo unus est pastor totius ecclesiæ/q̄a Ep̄s maior est p̄sbytero: sed ideo q̄a unus est successor Petri/siue presbyteratus siue episcopatus sit maximus in ecclesia dei ordo. Equalitas autem diuino iure episcoporum inter se/qua tenus Ep̄i sunt/non eget probatione/quoniā illam asserimus: sed impertinēs est proposito. quoniā non ideo unus est pastor totius ec clesiæ/quia unus Episcopus est sacratior altero (oēs enim episcopi sunt æquales in episcopatus ordine/& non est magis aut plus ep̄s successor Petri/q̄ qcunq; alius episcopus: sicut non est magis p̄sby ter/q̄ quicunq; alius presbyter) sed ideo unus est pastor totius eccle siæ/& reliquis prælatus Episcopis/atq; presbyteris: quia unus est successor Petri. Vnde patet ex hoc q̄ diuino iure a Christo institu tus unus præsbyter siue ep̄s Petri successor/cæteris ep̄is/& presby teris/immo toti ecclesiæ præfertur: non sequi Hieronymum/& al latos a Hieronymo/Petrum/Paulum/Ioānem/Lucam/heresim docere: ut arguens audet inferre: sed prudens lector intelligit dicta horum impertinenter deducta ad propositum. ¶ Possumus quoq; aliter respondere ad dictum Hierony. Olim idem erat Epi scopus qui & præsbyter. &c. q̄ dupliciter contingit loqui de præs bytero & Episcopo. Vno modo/quantum ad nomen. Et sic olim non distinguebantur Episcopi & præsbyteri: quia tunc hæc no mina Episcopus & presbyter erant prorsus nomina synonima.

Hierony.

R̄nsio ad cō firmatiōem argumenti. Hieron.

Equalitas. Epo℞.

Alia R̄nsio. Duplr̄ p̄t lo qui de ep̄o & p̄sb̄ro. Pri mo q̄tum ad nomen.

Aug. Nam Epi dicuntur ex eo q superintendunt. sicut dicit Augu. xix. de ciui. dei. Presbyteri autē in græco/dicuntur quasi seniores. Vñ & Apostolus cōiter utitur noīe presbyterorum quantum ad utrosq/ .i. Thim. v. cum dicit .i. Thim. v. Qui bene psunt præsbyteri/duplici honore Ibidē .iiii. digni habeātur. Et ibidem .iiii. c. etiam inquit. Noli negligere gra Glo. tiam quæ tibi data est per impositiōem manuum presbyteri. Glo. scilicet/mei presbyteri. & loquitur de seipso/cum tamen ipse Pau lus apostolus Episcopus esset cum eum ordinauerat. Similiter etiā Act. xx. nomine eporum. Vnde dicit Actuum. xx. presbyteris Ephesinæ ec clesiæ loquens. Attendite uobis/& uniuerso gregi in quo uos spiri Petrus. tus sanctus posuit Episcopos regere ecclesiam Dei. Petrus etiam in sua prima æpistola/inquit. Presbyteris qui in uobis sunt/præcor Glo. ego cōpræsbyter: &c. Glo. Ecce Petrus se uocat psbyterum: cum Ioannes. tamen esset Episcopus summus. Ioānes quoq apostolus in æpisto la ad Gaium/scribit dicens. Presbyter Gaio carissimo/quem ego Glo. in ueritate diligo. Glo. Ecce Ioannes uocat se presbyterum: cum Hierony. tamen esset Episcopus. Nam ut dicit Hierony. præsbyter in Epo continetur: quia qui prouehitur/a minori ad maius prouehitur.

Scdo qtū ad rem. ¶ Alio modo loqui possumus de presbytero & Episcopo/secun dum rem. Et sic semper inter eos fuit distinctio etiam tempore apo Diony. stolorum: ut patet per Dionysium. v. c. cælestis hierar. Et Luc. x. su Luc. x. per illud. Post hæc autem designauit dominus: &c. dicit Glo. Si Glo. cut in apostolis forma est Episcoporum: Sic & in septuaginta duo bus discipulis forma est præsbyterorum secundi ordinis. Sed quo niam commodius est singulas res/singulis nominibus distingui: quia distinctio nominum differentiam rerum declarat. Ideo ad cui tandum scisma necessarium fuit: ut etiam nomina distinguerentur. Vt/scilicet/maiores uocarentur Episcopi. minores autem præ sbyteri. Dicere autem & asserere præsbyteros non differre ab Heresis. Episcopis: inter dogmata heretica numerat Augusti. libro de he Aug. resibus. ubi dicit/q Arriani dicebant presbyterum ab Episcopo/ Arriani. nulla differentia debere discerni. ¶ Quod autem dicitur/q an tequā diaboli instinctu/studia/uel scismata in religione fierent/ & diceretur in populis. Ego sum Pauli. (idest baptizatus bap/ tismo Pauli). Ego sum Apollo. Ego autem Cæphæ (quasi sum melior te: quia sum baptizatus a meliori) communi Presby/ terorum concilio Ecclesiæ gubernabantur. &cætera. Respon deo hoc fuisse etiam tempore Apostolorum: ut ipsa testantur

uerba.cum etiam apostolus talem arguisset diuisionem.i.Corin.i. dicens. Diuisus est ergo Christus? Nunquid Paulus crucifixus est pro uobis? Aut in noie Pauli baptizati estis? &c. Nec erant adhuc diuisæ oẽs dioceses/nec institutæ seu ordinatæ. Vnde multæ erãt ecclesiæ particulares.s.parochiæ/ubi i cõi presbyteri alios fideles regebãt. Ita ꝙ aliqui erant subiecti illi presbytero. Alii subiiciebãtur alteri sacerdoti/scdm ꝙ ɔtingebat ab eis baptizari. Vnde dicebant. Ego sum Pauli. Ego Andreæ. Ego uero Ioãnis.i.baptizatus a Ioanne: ideo illi subiectus. Ex hoc/maximum creuerat scismain populum xpianum: qa unusquisq; ꝑsbyter/quos baptizabat suos esse putabat/ac illi subiectos. Quare ad tollẽdum tãtum scisma/ per totum orbem ordinatum fuit: ut in qualibet diocesi/tñ unus esset Eps qui ꝑesset oĩbus sacerdotibus: Et in qualibet parochia/ unus tñ de presbyteris superponeretur curat⁹ aiaꝶ/qui oẽs illius parochiæ baptizaret/ac regeret. Et sic ꝑ tale statutum (quod usq; in hodiernum diem perseuerauit & ꝑseucrat) ablatum fuit scisma a xpiano populo. ¶ Et quãdo dicitur. Sicut ꝑsbyteri sciunt se ex ecclesiæ consuetudine ei qui sibi præpositus fuerit/esse subiectos. Ita epi nouerint se magis consuetudine/q̃ dispensationis dñicæ ueritate/præsbyteris esse maiores. Rñdeo/Verum eẽ ꝙ ex humana consuetudie ordinatum sit/ꝙ isti/uel illi præsbyteri: utputa/Thomas/Ioannes/Andreas commorantes in tali diocesi sint subiecti epo illius diocesis: Tamen ptãs & dignitas epalis/ex dispẽsationis dñicæ ueritate est. Vnde patet dictum istud Hieronymi/nostræ nõ obstare ueritati: sed impertinenter esse deductum. .i.Cor.i. Ad tollẽdũ scisma: &c.

Anteq̃ ad ultimum obiectum.s.ad illa dicta/quæ habẽtur in decreto/Rñdeã: ꝓponere intendo aliqua sanctoꝶ dicta uelut præambula. Et primo præpono illud apostoli dicẽtis. Ois scriptura indiget interpretatione. Adduco secundo/dictum Isydori/quod hr in.c.sciendum.xxix.dist. sic dicentis. Sciendum est ꝙ plerisq; capitula ex cã/ex persona/ex loco/& ex tẽpore consideranda sunt: quoꝶ modi/quia medullitus nõ indagãtur: in erroris laberintum nõ nulli intricãdo impinguntur/cum ante iudicant/q̃ intelligant: ante inculpant q̃ iterando lecta perquirant. Hinc et Greg.& habetur eadẽ dist.c.Regulæ.ait. Regulæ sctõꝶ patrum pro tpe/loco/& persona/& negocio/instante necessitate/ traditæ sunt. Quapropter tertio adduco dictum Hiero. in epistola ad Ephes.& habetur.d.dist in.c.necesse.dicentis. Necesse est: ut Nota q̃dam preambula. Apostolus Isydorus. Emuli seu i/uidi pri⁹iudicant q̃ intelligant. Grego. Hiero.

Pro diuersitate locorum/temporum/& hominum sunt intelligēde scripturæ.

iuxta diuersitates locorum/& temporum/& hominum/quibus diuersæ scripturæ factæ sunt:diuersas causas/& argumenta/& origines habeant.Quomodo beatus Ioannes in Apocalypsi sua/septem scribens ecclesiis/in unaquaq; earum/uel specialia/uel uniuersalia uitia repræhendit/uel uirtutes approbat. Ita & sanctus apostolus Paulus/per singulas ecclesias uulneribus medetur illatis:nec ad instar imperiti medici/uno colyrio omnium oculos uult curare.hæc ille.Ex quo igitur dicta patrum debent intelligi scd̄m loca/tempora/& homines.Ideo rn̄detur ad illa dicta quæ habētur in decreto (saluo iudicio ecclesiæ)Et primum ad illud dictum Cōcilii Africani.ꝙ cum hec nomina/uniuersalis/papa/&c.(ut sæpe dictum est)sint ab humana cōsuetudie posita:quia aliqui forsitan scandalizabantur ex tali nomine uniuersalis/denotāte quasi arrogantiā.Ideo ordinatum fuit in illo concilio/ꝙ aliquis amplius non appellaretur/uniuersalis Ep̄s.Tamen ex hoc nō sequitur ꝙ ꝓpter mutationem nominis/rei ueritas mutetur. Vnde cum prohibetur Papam/uniuersalem pontificem nominari/nō hoc ideo est/ꝙ ipse nō habeat auctoritatem immediatam & plenam/in qualibet ecclesia:sed quia non ꝑficitur cuilibet particulari ecclesiæ/ut ꝓprius/& specialis illius ecclesiæ rector. Sic em̄ cessarent omnium aliorum pontificum potestates.

Ad ultimū obm rn̄sio.

Addictū Pelagii.

¶Similiter Pelagius Papa:quia Episcopi in suis epistolis appellabant Patriarchas uniuersales. Ideo prohibuit omnibus Episcopis/ut neminem de cætero appellarent uniuersalem: quia si unus appellatur uniuersalis/cæteris honor debitus subtrahitur. Nam quilibet Episcopus/suum debet habere honorem in sua diocesi: sicut Abbas in sua Abbatia. ¶Ex his/patet etiam Responsio ad id quod obiicitur de beato Gregorio. Quia/scilicet/ipse imitatus prædecessorum uestigia/recusauit se uniuersalem appellari: ea ratione(ut ipse millies dicit): quia si unus uniuersalis Episcopus dicitur/solus ipse Episcopus uidetur dici.& sic cæteris episcopatus tolleretur. Non autem ea ratione/ꝙ Romani Pontificis auctoritas restricta sit/& ad uniuersalem non se extendat ecclesiam. Superbum enim uocabulum/utpote reliquorum Episcoporum iniuriam praferēs/horruit Gregorius: & non rem apostolicæ auctoritatis extendentis ad uniuersalem ecclesiam.Quāobrem reprehendit illum Eulogium patriarcham sibi scribentem de huiusmodi uniuersali nomine/subiungēs Gregorius in præadducta auctoritate rationem/dicens. Non uerbis/

Rn̄sio ad dictū Grego.

sed moribus quero prosperari. Vnde & in litteris suis se scribebat/ Seruū seruorum Dei. Cuius rei causa forte fuit: quia sui pontificatus tempore/Ioannes Constantinopolitanus episcopus/ congregata synodo/se scribi mandauit/æcomenicum. idest/uniuersalem patriarcham: Cui fauebat Mauritius tūc Imperator. Beatus uero Gregorius constans fuit contra imperatorem/asserens ligandi/atq; soluendi potestatem/necnon & auctoritatem super totam ecclesiam traditam fuisse Beato Petro dicens. Ei cura totius ecclesiæ/& principatus/committitur: & tamen uniuersalis Apostolus non uocatur. Vbi patet Gregorium simul affirmare curam totius ecclesiæ: & negare uniuersalis uocabulum. Propter quod posteriores pontifices Romani/rem / scilicet Pontificatus ecclesiæ auctoritatem tenentes / nec a Gregorii humilitate discedentes / uniuersalis nomen a recto in obliquum trāstulerunt: & subscribunt se in hodiernum diem/Ego. N. Episcopus ecclesiæ catholicæ. ¶ Cum autem dicitur ipsum Romanum Pontificem talem auctoritatem habuisse a generalibus Conciliis. Respondeo non esse uerum nisi secundario. Principaliter enim habuit a Christo in Beato Petro: ut supra declaratum est. Secundario uero a Conciliis. non quidem efficienter tradendo: sed declarando eam auctoritatem sibi traditam a Christo: quam declarationem ueneratione/uoce/canonum institutione/ ac operibus/comprobarunt: ut patet in conciliis superius deductis/ non longe ante obiecta prædicta. Vnde Nicolaus Papa/scribens Michaeli Imperatori/ait. Ista ergo priuilegia huic sanctæ ecclesiæ a Christo sunt donata. A synodis non sunt donata: sed solummodo cælebrata/& uenerata: per quæ non tam honor/q̄ onus nobis incumbit. Idem dicit Pelagius Papa. in capitulo/Quamuis. xxi. distinctione. ¶ Nec etiam imperator Constantinus dedit talem potestatem Roma. Pontifi. Quod probatur. Quia ad minorem potestatem nō pertinet instituere maiorem potestatem: sed potius econuerso. Potestas autem ecclesiastica est maior potestate Imperiali. Igitur/ab ipsa non potuit institui. Dicitur ergo ad omnia decreta quæ uidentur innuere potestatem iurisdictionis fore datam a Constantino Imperatore/hoc modo esse itelligenda: q/scilicet/ ipse Constantinus non dedit ecclesiæ/potestatem iurisdictiōis: sed tantummodo de uoluntate Siluestri Papæ/declarauit ipm Rom. Pontificē iure diuino: ut successorem Petri/habere ptātem iuris/

Ioā. Eps Cōstantino.
Mauritius imperator.

Responsio ad ca. q̄ dīt auctoritatē Papæ eē data a cōciliis.

Rn̄sio ad decreta dicentia/ ptātē iurisdictiōis ab Cōstātio impera. Rom. ponti. fuisse traditam.

dictionis: quia anteq̃ ipse Constantinus ad fidem fuisset conuer sus/iurisdictio ecclesiastica impediebatur. Vnde sanctus papa & martyr Anacletus/qui fuit quartus post beatum Petrum/successor Clemētis/qui sedit anno domini.ciiii.& ita lōge praecessit Constantinum/dicit in.c.sacrosancta.xxii.dist. Sacrosancta Romana & apostolica ecclesia: nō ab apostolis: sed ab ipso domino & Saluatore nr̃o/primatum obtinuit: sicut beato Petro apostolo dixit / Tu es Petrus: &c.Et infra. Petrus dictus est Caephas & caput/eo q͂ principatum teneret apostolatus.Non ergo tm̃ Cōstantini ordinatione/neq͂ patrum/Romana ecclesia primatum obtinuit. Vnde ĩ eodē canone/Idem Anacletus subdit. Haec uero apostolica sedes caput & cardo (ut p̄fatum est) a domino/& nō ab aliis cōstituta ē. Et sicut cardine/ostium regitur: sic ecclesiae huius apostolicae sedis auctoritate/dn̄o disponente/reguntur. ¶ Stat igitur firma & solida saepe uentilata conclusio/necessario ab oībus xp̄ifidelib⁹/tenenda. Beatum/uidelicet/Petrum/apostolo℞ pricipem: uniuersae ecclesiae/caput & pastorem/fuisse a dn̄o Iesu/constitutum: ac in ip̄o eius successorem: uidelicet/Romanum pontificem. Vnde non immerito/diuus ille Bernardus/uir praestantissime fidei/& magnae eruditionis: lib.ii. de consideratione/ad Eugenium papam/sic ipsum Romanum pontificem eius describens dignitatem & excellē tiam/extollit: dicens. Tu qui es? Tu sacerdos magnus/Pontifex summus/princeps episcoporum/heres apostolo℞: primatu Abel/ gubernatu Noe/patriarchatu Abraam/Ordine melchisedech/ dignitate Aaron/auctoritate Moyses/iudicatu Samuel: potestate Petrus/unctione Christus. Idem in eodem/lib.iiii.ait. De caetero te esse oportere considera/Formam iustitiae: Sanctimoniae speculum: pietatis exemplar: Assertorem ueritatis: Fidei defensorem: Doctorem gētium: Christianorum ducem: Amicum sponsi: Sponsae paranymphum: Cleri ordinatorem: Pastorem plebium: Magistrum insipientium: refugium oppressorum: pauperum aduocatum: miserorum spem: tutorem pupillorum: iudicem uiduarum: oculum caecorum: linguam mutorum: baculum senum: ultorem scelerum: malorum metum: bonorum gloriam: uirgam potestatum: malleum tyrannorum: regum patrem: legum moderatorem: sal terrae: orbis lumen: sacerdotem altissimi: Christi uicarium: Christum domini: postremo deum pharaonis. Intellige q͂ dico: & dabit tibi dominus intellectum. Haec diuus Bernardus.

Anacletus papa & martyr.

Firma conclusio.

Bern.

Excellentiae Sūmi pontificis.

Idem.

Qualis debeat eē papa in moribus.

 Ed questio hic/forte posset lectoris titillare mētem: ac per hoc ipsum cogere/in hec uerba exterius prorumpere: & dicere. Si Papa sit malus: utputa symoniacus / sacrilegus (quod Deus auertat) bellicosus/scandalosus/ aut fautor maloꝝ/ac existēs in peccato mortali. Vtrum sit ei obediendum/sicuti si esset bonus? Et sic de aliis ecclesiæ prælatis? Ad quā qdem qōnem/Rñdeo ꝙ nōnulli fuerunt heretici/& sunt/Vualdēses appellati/& plures alii: qui dixerunt/& dicunt/ꝙ Papæ malo/ & aliis ꝑlatis existentibus in peccato mortali/nō est obediendum: sed tm̄ bonis prælatis/& eis qui sunt apostoloꝝ uicarii in uita & in officio. s. qui bona splendēt uita sanaqꝫ doctrina/ac bono exēplo. Eos autē qui apostoloꝝ uitam non habēt/nec officium retinere dicunt: sed mercēnarios/& nō pastores esse appellādos asserunt. Et fundant se sup hoc/ꝙ uolens dominus cōstituere Petrum ecclesiæ ꝑlatum/prius in ipo exegit charitatem ter di. Simon Ioānis diligis me? pasce oues meas. Sed Papa malus/existēs in peccato mortali/ non habet charitatē/quā Christus exegit in institutione pastoralis officii. Ergo nec ipsum officium. Et per consequens ei non erit obediendum. ¶ Confirmatur. Quia talis prælatus malus/qui sua pessima uita/pusillos scandalizat/non pascit oues Christi: sed potius suas: dum ad propriam gloriā/auctoritatem/utilitatem/& ad alia non licita/huiusmodi pontificatum exercet. Dicente autem dño/ Pasce oues meas/significauit Petri successorem ut pastorem esse debere ouium Christi/ipsum amantem/& illas pascētē doctrina/ iustitia/& aliis huiusmodi. Aut si non amet & docet/nihil hoc uerbum ad eum pertinere: ac per hoc nō esse petri successorem. Et sic ei ut Papæ/non esse obediendnm.

Vtrū Pape malo sit obediendum.

Rñsio.

Quidā heretici.

Probatio.

Cōfirmatio

Sed hoc esse falsum & erroneum/facillime ostendetur sacræ scripturæ/ac sanctoꝝ patrum/auctoritate. Nec multum erit difficile exercitatis in sacris lrïs/prædictæ rñdere obiectioni. Dicitur eñi ꝙ exacta trina dilectio a Petro/rectitudinem respicit pastoralis officii. Et propterea qui non succedit Petro in dilectione Christi: nequaq̄ succedit eidē i bonitate pastoralis exercitii: sed pastor est officio & nomine: mercennarius autem studio & exercitatione. ¶ Similiter ad ɔfirmationē/dicitur ꝙ amare & pascere oues Christi/spectat ad successorem Petri sub rōne cōmissi & debiti. Christus. n. commisit ut pasceret oues suas: & ad hoc successor tenetur/& ad hoc se obligauit suscipiēdo pōtificatum. Vnde si

Rñsio ad obiectum.

Rñsio ad cōfirmationē.

nec amat/nec pascit/non propterea locus iste ad ipm non spectat Nam multum ad eum spectat pascere Christi oues/ad quem spectat ut præceptum/& ex officio debitum. Exigit quippe locus iste pascentē & amantem: quia exigit ut amare & pascere debeat. Et quis non amans/nec pascens/indignus sit pastorali officio/& mereretur illo priuari: Non esse tamen propterea priuatum: sed ei/ut uero pastori in rebus licitis/esse obediendum/ex utroq; testamento/ac dictis sanctoꝝ/dicimus. ¶ Primo ex ueteri testamento hoc patet Ezechiel. siquidē. xxxiiii. repræhēduntur mali pastores/qui nō dei gregem: sed semetipsos pascebant: appositis propheticis minis priuationis Pastoralis officii/per ipsum Deum exercendæ. Pastores tamen relinquuntur. ¶ Secundo patet ex nouo testamento scilicet ex illo Christi uerbo. Mat. xxiii. Super cathedram Moysi. (i. in auctoritate & potestate iudicandi) sederunt scribæ & Pharisei. Omnia ergo q̄cūq; dixerint uobis seruate (.s. i corde) & facite (.s. in opere). sedm opa uero eoꝝ/nolite facere. Hic aperte demonstrauit Christus/ nō tm̄ bonis prælatis: sed etiā malis esse obediendum: nisi in his quæ sunt manifeste contra deum. & sunt habendi in reuerentia q̄diu tolerantur in officio suo. Quod patet per exemplum Dauid/qui uenerabatur Saulem regem: licet sciret eum esse malum & a Deo reprobatum. Et multa alia exempla sunt in ueteri testamento (quō. s. deus præcipiebat israelitico populo/ut obediret regi suo/q̄uis malo) quibus demonstratur eē obediendum etiā malis prælatis/in his quæ non sunt cōtra Deum. ¶ Itē fit clarior hæc ueritas ex uerbis apostoli. ad Rom. xiii. dicētis. Omnis aīa potestatibus sublimioribus/subdita sit. Ois anima. Glo. i. omnis hō: totum a parte digniori denominādo. Ptātibꝰ sublimioribꝰ subdita sit. Glo. s. prælatis/in spiritualibꝰ: & principibus terrenis/in tpalibus. Et subditur rō. Nō. n. est potestas nisi a Deo. s. cōcessa & ordinata. Vnde Christus/Pilato dixit. Nō haberes in me ptātem/nisi desup tibi/data fuisset. Hinc et Greg. exponēs illud Iob. xxxiiii. Regnare facit hypocritam ꝓpter peccata populi/ait. Potētiā principatus & ptātem/deus tribuit. Elationem uero potentiæ/malicia nostra inuenit. Et iō subdit apostolus. Qui resistit ptāti: ordinationi Dei resistit. Qui autē resistunt/ipi sibi dānationē acqrunt. Aug. Si iubeat quod nō licet/hic sane contēne ptātem/timendo ptātem maiorē. Ergo si aliud Imperator/aliud Deus iubeat: ɔtempto illo/optēperādum est Deo. Et Isidorus in. c. si quis. xi. q. iii. inquit. Si qs

Papatꝰ exigit amātem & pascētē.

Esse obediēdū malo p̄lato multipliciter ꝓbatꝰ.

Primo.

Ezech. 34.

Scdo.

Mat. xxiii.

Exemplum Dauid.

Ad Ro. xiii.

Glo.

Christus.

Grego.

Iob. xxxiiii.

Aug.

Isido.

nobis ꝓhibeat quod a dño præceptum ē.uel rurſus imperat fieri/ quod Dñs fieri prohibet execrabilis ſit oibus q timent Deum. Et ſubdit apoſtolus. Nā principes nō ſunt timori boni opis:ſed mali. Sup quo. Amb.ait. Si bonus eſt prīceps/bene opantem nō punit: ſed diligit. Si malus eſt/nō nocet bono:ſed purgat eum. Et eodē.c. Idem Paulus/inquit. Subditi eſtote nō ſolum ꝓpter irā (glo.iterli. principis uitādā/uel Dei) ſed ēt ꝓpter cōſciētiā. Glo. ut munda ſit mens ueſtra diligendo prælatum. Et.i.ad Thim.ulti.c.dicit ēt apoſtolus. Quicunq; ſunt ſub iugo ſerui/dños ſuos oī honore dignos arbitrentur:ne nomē dñi & doctrina/blaſphemetur. Et.i.Pet.ii.c. ēt dicitur. Serui ſubditi eſtote in oī timore dñis:nō tñ bonis & modeſtis:ſed ēt diſcolis. Serui ſub.eſto.in oī timore dñis. Glo. Hic accipitur omne ꝓ toto.totum autē & pfectum idē ſunt. Eſt igitur ſenſus:in oī timore.i.perfecto timore. Eſt autem timor perfectus quādo qs cauet non ſolum offenſam dei:ſed ēt hominis ꝓpter Deum. Ideo ſubditur:nō tantum bonis.i.bene morigeratis/& modeſtis.i. opantibus ſcdm moderamen rōnis. Sed ēt diſcolis.i.diſcordātibus ab iſtis moribus & imperādi modo. Ecce igitur ꝙ Petrus docet nō tñ eſſe obediēdum bonis dñis & bonis prælatis: uerum etiam malis dominis & malis prælatis ꝓpter Deum. ¶ Tertio hoc idē ꝓbatur per dicta ſanctoꝝ doctoꝝ. Nam dicit Aug.in Epiſtola.clxv.ad Generoſum. In hoc ordine ſucceſſionis Epōrum/qui deducitur ab ipſo Petro uſq; ad Anaſtaſium/qui nunc eandem cathedram ſedet: etiam ſi quiſq̄ traditorum per illa tempora ſurrepiſſet/nihil ꝑ iudicaret eccleſiæ & innocentibus:qbus Dominus ꝓuidens/ait de Præpoſitis malis. Quæ dicunt facitæ:quæ autē faciunt/nolite facere.ut certa ſpes fidelium q̄ non eſt in hoīe/ſed ī deo collocata: nunq̄ tempeſtate ſacrilegi ſciſmatis/diſſipetur.hæc Augu. Diuus ēt Ber.loquēs de reuerentia erga Prælatos. Non ſufficit exterius obtemperare Prælatis:niſi interius aliquid ſublimiter ſentiamus de eis. Et ſi.n.a Deo indigna alicuius Prælati uita comperitur: ut nihil omnino excuſationis/nihil diſſimulationis admittat: Propter eum tamen a quo omnis poteſtas eſt / excelſum eum reputare debemus non propriis perſonæ mentis: ſed ordinationi diuinæ & dignitati deferentes. Ideo diſſimulemus interim de magnis eccleſiarum Prælatis.ſic enim faciendum eſt.& ſic placet illis: ut euadant humana iudicia: ut tandem incidāt in iudicium/quod in eis qui præſunt fiet. Sapien.vi. Iudicium duriſſimum fiet his qui

Ambro. Paulus. Glo. Glo. AdThi.ult. .i.Pet.ii. Glo. Tertio. Augu. Bernar. Sap.vi.

Chryso. presunt. hæc ille. Et Chrysosto. super Mat. inquit. Hoies ab initio creati sunt propter se. Postea autē sacerdotes ordinati sunt ꝑpter uos. Ergo uita eoꝝ ipsoꝝ est. ordinatio autē eoꝝ uestra. si bene ui xerint lucrum eoꝝ ē. si bene docuerint uestrum erit. Accipite ergo quod uestrum est/& nolite discutere quod alioꝝ est. Frequenter de homine malo bona procedit doctrina. Ecce eṁ uilis terra ꝑciosum auꝝ producit. nunqd ꝑpter terram præciosum aurum cōtēnitur? sed aurum eligitur/& terra relinquitur. Sic & uos doctrinam acci pite/& mores relinquite. Apibus/herbæ necessariæ non sunt/sed flores herbarum. Flores autem colligunt/& herbas reliquunt. Sic & uos florem doctrinæ colligite/& conuersationem relinqte. hæc

Cyprianus. ille. Item beatus Cyprianus. & habetur. di. xciii. c. dñs. de reueren tia ēt exhibenda prælatis & sacerdotibus: sic inqt Dñs noster Iesus Christus/rex & iudex/& deus noster usq; ad passionis diem serua uit honorē pontificibꝰ: q̄uis illi/nec timorem Dei nec agnitionem Christi seruassent. Nam cum leprosum mundasset/dixit illi. Vade & ostēde te sacerdotibus/& offer donum. Humilitatem nos Chri stus humilis docuit/sacerdotem adhuc appellans/quē sciebat eē sa crilegum. hec ille. Quāuis enim sacerdos/uel prælatus sit malus: tñ ꝑpter hoc nō amittit ptātem & dignitatē: quin possit ueraciter exercere sua officia: utputa ministrare sacramenta: subditis bonis

Augu. & malis præcipere. Quod patet per Aug. in. lib. ii. contra epistolā Parmeniani/sic dicentem. Omnia sacramēta cum obsunt idigne tractantibus. prosunt tamen per eos digne sumētibus: sicut & uer bum dei. Vnde dictum est. Quæ dicunt facite: quæ autem faciunt

Aug. facere nolite. Et alibi idem Aug. inquit. Dictum ē a domino ī Nu meris ad Moysen & Aaron sacerdotes/uos ponite nomen sup fi lios israel/ego dñs benedicam eis: ut gratiæ traditio pro ministeriis ordinate trāsfundatur hominibus: nec uoluntas sacerdotis obesse uel prodesse possit: sed meritum bñdictionem poscentis. Et in libro

August. de corpore Christi/Idem Aug. cōtra aliquos etiam hereticos dicē tes sacramentum altaris solum confici a bono sacerdote/inquit. Intra catholicam ecclesiam in ministerio corporis & sanguinis dñi nihil a bono maius/nihil a malo minus pficitur sacerdote: qa non in merito cōsecrantis/sed in uerbo efficitur creatoris/& in uirtute spiritussancti. Si eṁ in merito sacerdotis eēt: nequaq̄ ad Christum pertineret. Nunc autē sicut ipse Christus est qui baptizat: ita ipe est qui per spiritumsanctum/hanc suam efficit carnem/& transfudit

in sanguinem. Credēdum est enim ꝙ in uerbis Christi sacramēta cōficiantur: cuius prius creātur imperio: eius utiq; uerbo recreantur ad melius. Idē in libro qōnum ueteris & noui testamēti/ait. Dictum est de nequissimo Caypha inter cætera. hoc autem a seipso non dixit: sed cum esset pontifex anni illius prophetauit. Ioan.xi. Per hoc ostēdit spm̄ grarum non psonam sequi digni uel indigni: sed ordinē traditiōis: ut q̄uis aliqs boni meriti sit/nō tn̄ possit bn̄dicere nisi fuerit ordinatus/ut officium ministerium exhibeat. Dei autē est/effectum tribuere benedictionis. Hinc ēt diuus Ambro. de sacramētis. & hr̄.i.q.i.c.cum scriptura: sic loquit' di. Cum scriptura testetur ꝙ ad præces Ieroboam ignis descendit de cælo. Et rursus. præcāte Helia/ignis missus est/qui sacrificia consumeret: datur itelligi/ꝙ Deus nō merita personarum cōsiderat: sed officia sacerdotum. Ille ignis uisibilis mittebatur ut crederent: nobis inuisibilis operatur quod credimus. Credo ergo adesse dn̄m Iesum christum inuocatum ꝑcibus sacerdotum/qui ait. Vbi fuerint duo uel tres in n'oie meo cōregati/ibi sum in medio eoꝝ. hæc ille. Item Grego. Papa. & hr̄.i.q.i.c. multi/dicit. Multi sæcularium hoīum cum plus sacerdotum uitam/q̄ suam/discutiunt: in magnum cōtēptionis diuinoꝝ sacramentoꝝ crimē incurrunt. Magna em̄ trabe uulneratos habentes oculos/eamq; negligētes/festucam tenuem in alioꝝ cōspiciunt oculis: quā dum incaute festināt euellere/erroris in foueam dilabuntur. Minus qdem cōsiderantes ꝙ non eos sacerdotum uita lederet/si ipsi humiliter/bonis sacerdotum admonitionibus aurē accōmodarent. Sed dum hypocritaꝝ more/plus illorum famā q̄ propriā uitā/uel uitæ negligētias/diiudicāt: spernunt sancta monita/& spiritualia dona. Vnde fit ut non solum ab eis dicta respuant: sed quod est deterius: diuina ēt mysteria cōtemnunt: ut nec corporis cōionem/aut sanguinis dn̄i nostri Iesu christi eoꝝ ministerio confectam assumant. putantes hanc minus esse sanctificatam/si illorum fiat officio/quorum uita eorum oculis uidetur ignobilis. Heu in q̄ magnum laqueum incidunt/ut diuina & occulta misteria/plus ab aliis sanctificata posse fieri/credant. cum unus idemq; spiritussanctus in ecclesia diffusus per totum orbem terrarum incompræhensibiliter ea misteria & occulte/atq; inuisibiliter operetur: & operando sanctificet/& benedicendo/benedicat. hæc Grego. Sicut igit' mala & pessima uita sacerdotis/non impedit sacramentorum effectum & efficatiā: quia deus non merita

Idem. Aug.

Ioā.xi.

Ambro.

Grego.

Nota.

personarum: sed sacerdotum officia cõsiderat: ut supra probatum est: Sic mala uita prælatorum q̃diu in officio ab ecclesia tolerãtur (q̃uis male præsideãt) nõ aufert eis / nec impedit eo℞ ptãtem & dignitatem / ita ꝙ non sit eis obediendum in preceptis licitis & honestis: qa quousq; ab ecclesia deponantur: ut ueri præsidentes debẽt haberi. ¶ Præterea: si tantum bonis esset obediẽdum / iurisdictio ecclesiæ nihil haberet certitudinis. Nescitur enim quis sit bon⁹ uel malus. Ecclesiast. ix. Sunt iusti atq; sapiẽtes & opera eo℞ in manu dñi. & tamen nescit homo utrum amore an odio dignus sit: sed oĩa in futurum seruãtur incerta. ¶ Item: iurisdictio ecclesiæ nihil haberet stabilitatis. Ille enim qui est bonus / in momento potest fieri malus & iam non erit ei obediendum. ¶ Præterea: sicut pictor fedus depigit statuam pulchram / nec uitium pictoris statuam detutpat. sic & prælatus malus potest facere præceptum bonum: nec ẽ periculum hiis qui subiecti sunt si obediant prælato malo in eis in qbus obedirent prælato bono: ex quo prælatus malus habet potestatem. Omnis enim potestas a deo est: & qui potestati resistit: ordinationi dei resistit. Rom. xiii. Si uero prælatus malus ꝑcipiat malum: tunc plane non est obediendum ei. Vnde August. Sic modus obedientiæ tenendus est: ut bonis in malo non consentias; malis in bono non cõtradicas. De obedientia igitur præceptis Papæ exhibenda loquitur. B. Grego. ut hr̃. xii. di. c. præceptis / dicens. Præceptis apostolicis nõ dura superbia resistatur: sed per obediẽtiam q̃ a sancta Romana ecclesia & apostolica auctoritate iussa sunt / saluti fere ipleantur / si eiusdẽ sanctæ dei ecclesiæ quæ est caput uestrum cõionem habere desideratis. Nõ nouum aliquid præsenti iussione præcipimus: sed illa quæ olim uidẽtur indulta firmamus: cum nulli dubium sit ꝙ non solũ pontificalis causatio / & omnis sanctæ spei Romanæ ecclesiæ / & religiõis relatio / ad sedem apostolicam quasi ad caput oĩum ecclesiarum debuit referri: & ĩde normã assumere / unde sumpsit exordium: ne caput institutionis uideatur omitti / Cuius auctoritatis sanctionem / omnes teneãt sacerdotes: qui noluerint ab apostolicæ petræ sup quã Christus uniuersalem fundauit ecclesiã solliditate / cõuelli. Si quis hæc apostolicæ sedis ꝑcepta nõ obseruauerit pcepti honoris esse hostis nõ dubitet. hæc ille.

Si autẽ queratur. Vtrum Papæ sit obediẽdum ĩ oĩb⁹? Rñdet Panor. in. c. inquisitioni. de sent. excom. ꝙ si præceptum sapit peccatum tunc non est obediendum: quod intellige etiam de

Mala uita ꝑlati q̃diu ab ecclesia toleratur in offĩcio / non aufert ei nec ĩpedit ei⁹ potestatẽ.
Ecclesi. ix.
Similitudo.
Rom. xiii.
Augu.
Grego.
De obedientia preceptis Papæ exhibenda.
Vtrũ Papa sit obediẽdũ in oĩbus?
Rñ. Panor.

ueniali.xi.q.iii.c.qd ergo. Si uero praeceptum nō sapit peccatum: tunc ab ecclesiasticis personis est sibi obediēdum: licet uideatur du cum.xix.di. In memoria: nisi quando ex obediētia psumeret status ecclesiae perturbari uehementer: uel aliud malum futurum/seu scandalum. Nam tunc etiam si praeciperet sub pena excommunicationis latae sententiae/non est ei obediendum: ut no. Panormi.in.c.si quādo.& in.c.cum adeo.de rescrip. Ex quo infert Panor.in.d.c.si quādo. q quando mādat aliqd ex cuius executione psumitur scandalum futurum in ciuitate/non est ei obediēdum: quia hoc fit auctoritate legis.in.d.c.si quādo in autenti.ut nulli iudicum. Sed debet rescribere Papae. Limita scdo q non tenetur obedire scdm Panor. in.c.cum olim de cleri.coniug. quādo Papa cum maiori parte cōsilii indiceret cōtinētiā certo generi personarum/post promotionē eis resistentibus: qa cōtinentia persuaderi pōt: imperari uero non pōt xxxii.q.i.c. Integritas. Et sic pōt dici q nec Papa potest indicere eis uitam strictiorem contra eorum uelle.lxxiiii.distin.gesta. Vnde Bernar. Nil mihi Praelatus prohibeat eorum quae promisi: nec plus erigat uota mea/nec augeat sine mea uoluntate. Item si Papa credat mādatum iustum & iuste facere: sed tamen subdito cōstat mandatum i se cōtinere peccatum: nō est exequendum.ut in.c.lrās. de re.spo. ¶ A secularibus autem/est obediendum in spiritualibus & ecclesiasticis/quae pertinent ad salutem/& bonorum eorum & necessariorum cōseruationem. In tpalibus uero nō tenētur ei obedire: nisi sint ei subiecti/uel rōne causae/uel rōne personae. Vnde si pciperet saeculari nulla rōne sibi subdito/q det sibi bona sua/non tenetur obedire. Idem dic de Epis & aliis Praelatis spiritualib⁹/quo ad tpalia. Et similiter de Praelatis secularibus quo ad spiritualia. Et hoc sequitur Inno.in.d.c.inquisitioni.

Panormi. Idē Panor. Bernar. A seculari bus.


Vestio etiam a nōnullis/ualdeq curiosis saepe numero fieri solet. Vtrum stet cum perfectione Papatus possidere quasi proprias diuitias aut facultates terrenas? Ad hoc Respondent aliqui q non: quod multipliciter conantur pbare. ¶ Primo sic. Epi in ecclesia tenēt locum apostolorum: ut dicit Glo. Luc.x.& habetur l.c. Decretis.xxi.dist. Sed apostolis dñs pcepit/ut nihil pprium possiderent/scdm illud Mat.x. Nolite possidere aurum/nec argētū: nec pecuniā in zonis uestris. Vñ & Petrus cui Papa succedit p se & aliis apostolis dicit. Ecce nos relinqmus oīa: & secuti sumus te. Mat.xix.c. Ergo uidetur

Vtrū stet cū pfectiōe Pa/pat⁹ possiderē qsi pprias diuitias aut facultates terrenas. Rñsio. Glo. Luc.x. Mat.x. Mat.xix.

ꝙ Papa & alii Episcopi teneantur ad huiusmodi mãdati obseruan
Secundo. tiam/ut nihil proprium possideant. ¶ Secundo idem probatur ex
Mat.vi. illo Mat.vi. Ne solliciti sitis animæ uestræ qd manducetis: nec cor
pori uestro qd induamini. Vbi manifeste prohibet loculos habere/
Cõfirmatio & terrenas diuitias. ¶ Confirmatur. Quia ibidem Christus pro
hibet etiam de crastino cogitare/dicens. Nolite solliciti esse in
crastinum. Sed qui prohibet de crastino cogitare/ꝓhibet loculos
habere. Ergo repugnat statui pfectionis/papatus habere diuitias
Tertio. temporales. ¶ Tertio sic. Voluntaria paupertas ad perfectionem
Mat.xix. uidetur reqri: scdm illud Mat.xix. Si uis pfectus esse. Vade & uen
de oia quæ habes & da pauperib⁹. Sed Papa & Epi assumuntur ad
statum perfectionis. Ergo uidetur ꝙ nõ stet cum statu perfectiõis
Quarto. Papæ/aliquid quasi proprium possidere. ¶ Quarto sic. Hierony.
Hierony. dicit ad Nepotianum. Cleros græce/latine sors/appellatur. Et hẽ
in.c.cleros.xxi.dist. Propterea clerici dicuntur: quia de sorte Dñi
sunt. uel quia ipse Dñs sors.i.pars clericorum est. Qui autẽ Dñm
possidet/nihil extra Deum possidere potest. Si autem aurum. si ar
gẽtum. si possessionem uariaꝫ supellectilium habet: cum istis par
tibus: nõ dignatur Dñs fieri pars ei⁹. Ergo uidetur ꝙ Papa & Epi:
Cõfirmatio & non solum Epi: sed etiam clerici debent propriis carere. ¶ Con
firmatur: quia Christus/cuius uicarius est uices gerẽs in terris Pa
Mat.viii. pa/gessit uitam humilem & pauperem: ita sicut dicitur Mat.viii.
Filius hominis/non habet/ubi caput suum reclinet. Ergo Papa de
bet imitari eum. Et ita fecit Petrus primus Papa ab eo institutus
(ut supra probatum est) qui ait. Aurum & argentum nõ est mihi.
Exẽplum. Quod uerbum Papa qdam dicebat cuidam sancto uiro. Nũc Pa
pa non põt dicere/Aurum & argẽtum.&c. Cui Rñdit ille sanctus
uir. Nec potest dicere. Surge & ambula. Ergo uidetur repugnare
statui pfectionis papatus q dicitur Vicariatum Christi/habere in
proprio diuitias & facultates terrenas.

In oppositũ Mat.xxiiii. **In contrarium** Arguitur ex euãgelio. Mat. xxiiii. Quis putas est fidelis
seruus & prudẽs quẽ cõstituit dñs super familiam suam: ut det illis
cibum in tpe.&c. sic. Spectat ad fidelem seruum & prudentẽ cõsti
tutum sup ecclesia / habere ea quib⁹ posset cibum ministrare fami
liæ. non tantum uerbi/aut exempli honestatis. sed etiam subsidii
temporalis. Vnde Christus ter dixit Petro/quem constituebat su
per totam ecclesiam/cui succedit Papa. Pasce oues meas. ad signi

ſecundum triplicem paſtum.ſ.paſtum corporalē ſiue ſubſidiis temporalis/quem non poteſt facere niſi habeat de quibus.Ergo ex ipſa inſtitutione Chriſti non repugnat ſtatui perfectionis Papæ/aut Epoꝝ habere terrena bona/qbus indigentibus ſubuenire poſſint de aliquo paſtu.❡Secundo arguitur ex illo.c.Epiſcopi.xii.q.i.ubi dicitur.Epiſcopus de rebus propriis uel acquiſitis/uel ſi aliquid de ꝓprio habeat/heredibus ſuis/relinquat.Et ideo dicēdum eſt ꝙ nō derogat ſtatui pfectionis papatus: aut epiſcopatus poſſidere aliqd proprium/ut diuitias & terrenas facultates. Iſta concluſio/patet ſic.Ad ea quæ ſunt ſupererogationis nullus tenetur/niſi ſe ſpecialiter ad id uoto aſtringat.Vnde Aug. dicit i Epiſtola ad Paulinum armentarium.Quia iam uoluiſti/iam te aſtrinxiſti.Aliud tibi facere non licet priuſq̄ eſſes inferior.Manifeſtum eſt autem ꝙ uiuere abſq; proprio ſupererogationis eſt. Non eſt̄ cadit ſub præcepto: ſed ſub cōſilio.Vnde cum(Mat.xix.c.)dixiſſet dn̄s adoleſcēti. Si uis ad uitam ingredi/ſerua mandata.Poſtea ſubdit ſuperaddēdo. Si uis perfectus eſſe/uade & uende omnia.&c.Nō autem Papa/ nec alii Epiſcopi/in ſua ordinatione ſe obligant/ut abſq; proprio uiuāt.nec etiam abſq; proprio uiuere ex neceſſitate requiritur ad paſtorale officium ad quod ſe obligant. Et ideo nec Papa: nec Epi tenentur abſq; proprio uiuere. Et per conſequens non repugnat ſtatui perfectionis eoꝝ/poſſidere diuitias/& bona temporalia. Secundo. Cōcluſio. Auguſt. Mat.xx.

Ad rationes in oppoſitum. uidelicet/illoꝝ qui dicunt ꝙ non ſtat cum ſtatu perfectionis.&c.Reſpondeo.Et ad primam rōnem dicitur: negando ꝙ Papa & Epiſcopi alii teneātur illud obſeruare: aut ſint obligati ad illud quod dictum fuit apoſtolis. Pro quo notandum ꝙ uerba illa domini poſſunt tripliciter intelligi ſecundum doctores.Vno modo myſtice/ut non poſſideamus aurum nec argentum.i. ut predicatores nō innitantur principaliter ſapientiæ & eloquentiæ temporali.ut Hierony.exponit.Alio modo ſic: ut exponit Auguſtinus in libro de conſenſu euangeliſtaꝝ.ut intelligatur hoc dominum non præcepiſſe: ſed magis permittendo dixiſſe. Permiſit enim eis/ut abſq; argento & auro/& aliis ſumptibus/ad prædicandum irent/ accepturi ſumptus uitæ ab his quibus prædicant. Vnde ſubdit. Dignus eſt enim operarius cibo ſuo. ita tamen ꝙ ſi aliquis propriis ſumptibus uteretur in predicatione euangelii ad ſupererogātiam pertineret: ſicut Paulus de ſeipſo dicit.i.Corint.ix. Tertio modo Ad obiecta Reſponſio. Ad primum Hiero. Aug. .i.Cor.ix.

dicitur ꝙ Christus in prefatis uerbis/nō prohibuit portare aurum & argentum/siue loculos/nisi quando misit discipulos suos ad iudeos: apud quos semper fuit imposita decima pauperum ad quam recipiebantur Doctores & prædicatores: ita ut nihil eis deficeret. Quando autem ad alios misit: & quando iam exosi fuerunt homi
Luc.xxii. nibus: dedit auctoritatē portādi loculos: ut patet Luc.xxii. Et hoc modo prædicta uerba Christi. Nolite possidere aurum. &c. expo/
Chryso. nit Chrysostomus. f. ut intelligatur illa Dominum discipulis præcepisse/quantum ad illam missionem/qua mittebantur ad prædicandum iudeis. Vt per hoc exercerentur ad confitēdum de uirtute ipsi⁹/ qui eis absq; sumptibus/prouideret. Ex quo tamē non obligantur ipsi/uel successores eorum: ut absq; propriis sumptibus euangeliū
.ii.Cor.ii. pdicarent. Nam de Paulo legitur .ii. Corin.xi. ꝙ ab aliis ecclesiis stipendia accipiebat ad prædicandum Corinthiis. Et patet ꝙ aliqd possidebat ab aliis missum. Stultum autem uidetur dicere/ ꝙ tot sancti pontifices/sicut Athanasius/Ambrosius/Augustinus/illa præcepta trāsgressi fuissent si ad ea obseruanda se crederent obli/
Ad scdam rationem. gari. ¶ Ad secundam rationem Respondetur/negando cōsequētiam. Et ratio est: quia auctoritas illa Mat.vi. intelligit̄ de superflua
Ad cōfirmationem. & inordinata sollicitudine. ¶ Similiter ad cōfirmationē Rn̄detur negando et consequentiam. Et ratio est: quia ut dicit Augu. lib. de
Aug. ope monachoꝝ. Cum dominus dixit. Nolite solliciti esse. &c. non dedit intelligere: ut nihil pecuniæ seruaretur a sanctis: sed ut Deo non pro pecunia seruiatur. & ꝑpter inopiæ timorem iustitia dese
Ad tertiā. ratur. ¶ Ad tertiam rationem Rn̄detur negando cōsequentiam. Et rō est. Perfectio xp̄ianæ uitæ non cōsistit pcipue in uoluntaria paupertate: sed uoluntaria paupertas instrumentaliter opatur ad perfectionem uitæ. Vnde non oportet ꝙ ubi ē maior paupertas ibi sit maior pfectio. Quinimo pōt esse summa perfectio cum magna
Gen.xvii. opulētia. Nā Abraham/cui dictum est/Gen.xvii. Ambula coram me/& esto perfectus: legitur diues fuisse. ¶ Preterea: pro maiori claritate notandum ꝙ abrenunciatio propriaꝝ facultatum/dupli
Abrenūciatio ꝑpriarū reꝝ duplici ter sumi pt. citer cōsiderari potest. Vno modo secundum quod est actus. Et sic in eo non consistit essentialiter perfectio: sed est quoddā perfectionis instrumentum. Et ideo nihil prohibet statum perfectionis esse sine abrenunciatione propriorum: Sic etiam dicendum est de aliis exterioribus obseruantiis. Alio modo potest cōsiderari secundum præparationem animi: ut/scilicet/homo sit paratus si opus fuerit

omnia dimittere/uel distribuere. Et hoc pertinet directe ad perfe ctionem. Vnde Augustinus. in libro de questionibus euangelii. Oportet filios sapientiæ intelligere/non in abstinẽdo/nec in man ducando esse iustitiam: sed in æquanimitate tollerandi inopiam. Vnde & apostolus dicit. Scio abundare/& penuriam pati. Ad hoc autem tenentur Papa & cæteri Episcopi: ut omnia sua pro honore dei/& salute gregis sui/contemnant cum opus fuerit/ uel pauperibus sui gregis largiendo. rapinam bonorum suorum cum gaudio sustinendo. ¶ Et per hoc patet respõsio ad quartum obiectũ quod fiebat ex dicto beati Hieron. di. Cleros græce latine sors appellatur. &c. Et ẽt ad eius confirmationem: scilicet/cum di citur ꝙ Christus gessit uitam humilem/& pauperem. Dicitur eñi ꝙ duplex est paupertas: scilicet/carnalis/inuoluntaria seu coacta. Et alia spiritualis & uoluntaria (cui non repugnat habere aliquid in cõmuni) quam Christus elegit. Vnde Hiero. super uerbis addu ctis/Mat. viii. Vulpes foueas habẽt: uolucres celi nidos. Filius aũt hominis/nõ habet/ubi caput suum reclinet/ait. Cur me propter diuitias/& sæculi lucra/cupis seq̃ cum tantæ sim paupertatis/ut nec hospiciolum qdẽ habeam. & tecto utar non meo. Voluit tamẽ ipse dominus Iesus christus habere loculos/in qbus exponerentur necessaria in custodiã/quæ administrabantur sibi a fidelibus in su stentationẽ suam & suorum. Et hoc cõueniẽs fuit quadruplici cã. ¶ Primo ad sustentationem pauperum: ut dicit Hierony. super il lud Ioã. xiii. Deus non peram inquit/nec uirgã/nec es iubens de ferri: marsupium ferebat ad iopum ministeriũ. Hoc estimauerunt discipuli cum dixit Iudæ. Quod facis fac: cito ut aliquid inopibus daret. ¶ Secundo conuenienter dicitur habuisse loculos/ut ha beret unde emeret necessaria ad usus suos/ & suorum: propter imminentem necessitatẽ. Tali de causa habuit loculos quando transiuit per Samariam: sicut legitur Ioannis quarto. Vbi dici tur ꝙ iuerunt discipuli in Ciuitatem/ut emerent cibos. Sed quo modo emissent cibos/nisi pecuniam habuissent? Samaritani eñi erant inhospitales iudeis. Vnde dicitur Luc. ix. ꝙ cum iret in Hierusalem: misit nuncios ante conspectum suum: & euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum: ut pararent illi. Et noluerunt eum recipere. Et hac de causa discipulis habere permisit loculos. Vnde Lucæ uigesimosecundo dicitur. Quan do misi uos sine saculo/& pera: nunquid aliquid defuit uobis?

Margin notes: Augu. — Apostolus. — Ad quartũ/ & ad confir mationem. — Mat. viii. — Quadrupli ci cã xp̃s ha buit loculos — Primo. — Hiero. — Secundo. — Ioan. iiii. — Luc. ix. — Luc. xxii.

At illi dixerunt.nihil.Dixit ergo eis.Sed nunc qui habet sacculum
Quidã Glo tollat similiter & peram. Vt eñ dicit quidã Glosator. In hoc datur
sator. nobis exẽplum/ut nõnunq̃ cã instãte/de nostri rigore propositi in
Tertio. termittere possumus. ¶ Tertio conueniẽter Christus habuit locu
los cã condescensus infirmis/dans eis exẽplum ut sibi ꝓuideãt. For
te eñ nisi Christus loculos habuisset/putaret aliqs peccatum eẽ si
Augu. sibi in posterũ necessaria ꝓuideret. Vnde Augu. in lib. de sermone
Dñi in monte/dicit. Hoc autẽ dico/uehementer cauendum est ne
forte cum uideris aliquẽ seruum Dei prouidere/ne ista necessaria
desint/uel ei/uel eis quorũ cura ei cõmissa est: iudicemus eum con
tra præceptum Dñi facere/de crastino esse sollicitum. Nã Dñs cui
ministrabant angeli/propter exẽplum ne quis postea scandalizare
tur/cum aliquẽ seruorũ eius aiaduertisset ista necessaria ꝓcurare:
loculos habere dignatus est/ut usibus necessariis/quicq̃d opus fu
Quarto. isset/præberetur. ¶ Quarto cõueniẽter Christus loculos habuit
Augu. ꝓpter exemplum: ut dicit Augu. super Ioã. Exemplum Dñi accipi
te conuersantis in terra quare habuit loculos/cui angeli ministra
bant: nisi quia ipsius ecclesia loculos habitura erat.

Prædicta etiam (q. s. ecclesia/aut Papa/ac alii epi/ possint habere diuitias & facultates ter
renas) confirmãtur & ꝓbãtur per multa dicta sanctorũ Patrum/
Aug. quæ habẽtur in Decreto. Vnde Augu. & habetur. xii. q. i. c. habe
Vt patet. bat/inquit. Habebat Dominus loculos. A fidelibus oblata cõser
Ioã. xiii. uans. & suorũ necessitatibus/& aliis indigentibus/tribuebat: tunc
primum ecclesiasticæ pecuniæ forma est instituta. Et ut intelligere
mus quod præcepit non esse cogitandum de crastino: non ad hoc
fuisse præceptum: ut nihil pecuniæ seruetur a sanctis: sed ne Deo
ꝓpter ista seruiatur: & propter inopiæ timorem iustitia deseratur.
Idem Aug. ¶ Idem Augusti. & habetur ibidem. c. certe/ait. Certe ego sum
qui statueram nullum ordiare clericum/nisi qui mecum uellet ma
nere. Aut si uellet a proposito recedere/recte illi clericatum tolle
rem. Ecce in conspectu Dei/& uestro/muto consilium: qui uolunt
habere aliquid proprium quibus nõ sufficit Deus & ecclesia eius:
maneant ubi uolunt & ubi possunt. non eis aufero clericatum:
nolo habere hypocrytas. Malum enim esse quis nesciat? malum
est cadere a proposito: sed peius est simulare propositum. Et post
pauca. Si non seruat sanctitatem foris/dimidius cecidit: Si ue
ro intus habuerit simulationem/totus cecidit. Nolo ut habeat

necessitatem simulādi.scio quō homines amant clericatum . nemini eum tollo nolenti mecum cōiter uiuere. ¶ Item in concilio Agathensi legitur/ꝙ Epi de rebus ꝓpriis/uel acqsitis/uel qcqd de proprio habent:heredibus suis(si uoluerint)derelinquant. Quicquid uero de prouisione suæ ecclesiæ fuerit/siue de agris/siue de fructibus/siue de oblationibus : oīa in iure ecclesiæ seruare censuimus. ¶ Itē statutum est in canonibus apostoloꝝ.ubi legitur . Sint manifeste(glo.i.distinctæ)res propriæ Epi/si tamen habet res ꝓprias: & manifestæ dominicæ.(Glo.i.ecclesiæ)ut ptātem habeat de propriis reb⁹ episcopus moriens/sicut uoluerit/& qbus uoluerit relinquere/ne sub occasione ecclesiasticaꝝ reꝝ ea quæ Epi esse probātur / iterdicātur.Fortassis enim aut propiquos aut seruos habet.& iustum est hoc apud Deum & hoies:ut nec ecclesia patiatur detrimentum ignorantia rerum pontificis:nec Eps:uel eius propinqui sub obtentu ecclesiæ proscribātur/& in causis incidant/q ad cum ptinent:mortisq; eius iniuriis infamētur.hæc ibi.Hoc idem habetur in.c.manifesta.in concilio Martini Papæ.xii.q.i. & in sequentibus capitulis illius qōnis:quæ capitula breuitatis causa relinquo. Cum ergo in cōcilio Agathensi & Martini Papę.& in canonibus apostoloꝝ dicatur.Sint manifeste res propriæ Epi. cum eisdem canonibus præcipiatur:ut Eps participet res ecclesiæ/si tamen indiget.nōne patenter ostenditur ꝙ Summus Pontifex /ac cæteri Epi habeant libere propria?Quibus/ꝑcor dn̄m:ut dignetur tantā elargiri grām/qua ualeāt bona illa ad ipsius Dei gloriā/ac animarum salutem bene dispensare/& tandem ad gloriā ꝑuenire cælestem.

In concilio Agathensi.

Ex canonibus apostoloꝝ.

Cōcluditur

AMEN.

Finis tractatus de potestate Summi Pontificis seu Christi Vicarii : editi a Fratre Thoma Illyrico/minorita/Dei uerbi indigno ꝑcone/pro tuenda ueritate.

Sequũtur quedã ↄclusiões
circa electionem Summi Pontificis.

Prima conclusio.



RIMA Conclusio est hæc. Nõ debuit Summus Pontifex/sola electione diuina absq; hominibus/eligi. Probatur. Tum quia ad dignitatem Dei pertinet/ut inferiora mediantibus inferioribus/gubernet. Ideo dicit Beatus Augu. ꝙ homo per hoiem liberatur. in Deum reducitur & ordinatur. Tum quia pertinet ad dignitatem humanæ reipublicæ: quæ Dei ministra est in sui capitis electione: iuxta illud apostoli.i.Cor.iiii. Sic nos existimet homo ut ministros Christi & dispensatores ministeriorum dei. Tum quia hoc spectat ad spiritualem profectum ipsius electi Summi Pontificis. Nã cum dicat Beatus Paulus ad Hebre.v. Omnis Pontifex ex hominibus assumptus/pro hominibus cõstituitur/in his quæ sunt ad Deum. Ab hoibus quoq; electus/suam naturã nõ despiciet. Et pro mẽbris qui illum caput instituerunt/maiori humilitate uigilabit/diligẽs eos/qui se dilexerunt. ¶ Sed cõtra posset quis obiicere. Nam maioris perfectionis est Summus sacerdos præsentis temporis/q̃ fuerit Sacerdos ueteris legis: & q̃ fuerit Zacharias: & Mathias q non in Summum sacerdotem: sed solum ad apostolatum post ascensionem Domini uocatus fuit. Sed Summ⁹ sacerdos in ueteri lege fiebat sorte/& diuina electione/immediate. Nam frondente uirga/ Aaron ĩ Summum sacerdotem electus est: ut scribit Numeri.xvii. Et de Zacharia scribitur Luc.i. ꝙ sorte exiit/ut incẽsum poneret ingressus in templum domini. De Mathia uero scribitur Actu.i. ꝙ cecidit sors super Mathiam/& annumeratus est cum undecim apostolis. Igitur hoc modo uidetur creandus Summus pontifex/ & non per electionem. ¶ Ad quod respondeo/ꝙ non est nunc necesse in electione Summi Pontificis habere signum exterius sṗer naturale: quia sicut in Aaron: ita & in Christo/immo amplius/ signa supernaturalia ueri sacerdotii apparuerunt. Quare nec in successoribus Aaron/talia uisa sunt. In successoribus autem

Probatio. Augu. .i.Cor.iiii. Ad hebr.v. Obiectio. Nume.xvii. Luce.i. Actu.i. Rñsio.

Beati Petri aliquãdo propter ampliorem dignitatem. Ad id uero quod obiicitur de electione per sortem: Respondet Beda ꝙ Mathias ante Penthecosten ordinatus sorte quæritur. quia/scilicet/ nõdum erat plenitudo spiritussancti in ecclesia effusa. Septem autem diaconi postea non sorte/sed electione discipulorum/sunt ordinati. Figurabat enim sors illa/grãm spiritussancti. Ad Ephesi.i. Sorte uocati sumus secundum propositum uoluntatis suæ. Figurato autem adueniente: cessare debet figura. Beda. Ad Ephe.i.

Secunda Conclusio. Non fuit conueniens Summum Pontificem institui per successionem carnis. probatur. Tum quia sacerdotium hoc spirituale est. Ideo non carni/sed uitæ merito/debetur. Inde Beatus Hieronymus in cap. Moyses. xiii. q. i. dicit. Moyses amic⁹ Dei/cui facie ad faciem locutus est Dominus: potuit utiq; successores principatus filios suos facere:& posteris propriam relinquere dignitatem. Sed extraneus ex alia tribu/eligitur Iesus/scilicet/Iosue: ut sciremus principatum in populum/non deferendũ esse sanguini: sed uitæ. Tum quia periculosum fuisset/talem principatum a quo humana ac diuina/ad hominem spectãtia/incertæ personæ committere. quod proculdubio esset: si generi/ac sanguini/Summus donaretur pontificatus. Secunda cõclusio. Probatio. Hiero. Moyses. Iesus.

Tertia Conclusio est. Non decuit futurum Summum Pontificem/creari per præsentis Summi Pontificis solam electionem. Probatur. Consonum enim naturæ est: ut multitudini præsit/qui a multitudine quoquomodo/eligitur: aut superioris ordinatione: aut prouisione. Ideo in cap. in nomine Domini. distinctio. xxiii. dicitur. Nulla ratio sinit/ut illi inter Episcopos habeantur/qui nec a clericis sunt electi/nec a plebibus expetiti. Christus quoq; de Petro solum ecclesiæ suæ præuidit consequens/ecclesiæ electionem futurorum relinquens: cui promiserat spiritumsanctum paraclitum non de futurum/qui eos docturus erat omnia/ac suggesturus omnia quæcunq; ad ecclesiæ uniuersalis conseruationem facerent. quinimo pollicitus est/Mat. ultimo. Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus/usq; ad consumationem sæculi. Hinc in cap. electionem. distinctio. lxxix. inqt. Anacletus Papa. Electionem uero Summorum pontificum/uel sacerdotum/sibi dñs reseruauit: licet electionem eorum/bonis sacerdotibus/& spiritualibus populis/cõcessisset: Quapropter Petrus Tertia con/clusio. Probatio. Christus. Mat. ulti. Anacletus Papa. Petrus.

(ut habetur.viii.q.i.c.quod autem.&.c.si Petrus) propter excellētiam sanctitatis/licet Clementē præ cæteris deum colētem/hoies diligentē/discendis studiis deditum/sobrium/benignum/iustum/patiētē: sibi elegerit successorem: hoc tñ in facie ecclesiæ cōsentientis/& approbātis/fecit: ut habetur in.d.c.Si Petrus.quod ēt cōfirmat.qm̄ ad consensum cleri & populi/cōsueuerat antiquitus fieri

B. Clemēs. electio.lxiii.di.c.quarto.&.c.plures. Sed uidens beatus Clemens (ut ait glo.in.d.c.Si Petrus) ꝙ hoc esset pernitiosum exemplum/ ꝙ aliquis sibi eligeret successorem/renūtiauit papatui.& tunc ele

Linus. ctus fuit Linus.eo mortuo/electus fuit Cletus. quo mortuo/fuit

Cletus. Clemens electus. Idcirco sacris canōibus/constitutum est/ne quispiam officii sui sibi uendicet successorem: ut habetur in.c.apostolica.viii.q.i.In quo.c.ēt nōnulla tanguntur de prefata institutione

Papa pōt de liberaꝛ.&c. Clementis/non trahenda in exemplum. Posset tamen papa de sui successoris electione/cum fratribus deliberare: ut permittitur: in c.Si transitus Papæ.lxxix.dist.Sed nō pōt ex testamento quasi dignitatis suæ/heredē subscribere: qa ibidem hoc penitꝰ ꝓhibetur.

Quarta cō/clusio. **Quarta** Conclusio est hæc. Summus Pontifex conuenienter creatur ꝑ electionem. Quæ conclusio

Probatio. multipliciter persuadetur. ¶ Primo quidē ꝓpter Christi maiesta

Primo. tem seruādam. Voluit eñ Christus in ecclesia sua esse diuersos ordines/qbus concessit/ut proprios motus agendo/uoluntatē Christi exerceant: quēadmodum & causæ naturales exercentes ꝓprios

Augu. motus/exequuntur uoluntatem Dei. Vnde Aug.vii. de ciui. Dei/ait. Deus sic administrat omnia quæ creauit: ut etiā ipsa proprios motus exercere & agere sinat. Quare electores Papæ/sunt coopatores Dei. Vnde apostolicæ admonitionis memores esse debent: q

.i.Cor.iiii. i.Corin.iiii.inquit. Sic nos existimet hō.&c. ¶ Præterea. Lex deita

Scdo. tis est ut inferiora/per superiora gubernat: & quæ i ecclesia aguntur ad hoium salutem/ꝑ hoies exercet: qui aut dignitate/aut perfectione cæteris sunt supiores. Vnde Actuum.x. Angelus qui per

Actu.x. se conuersionem operari poterat Cornelii Centurionis/dixit ei. Mitte uiros/& accersiri facias Simonē quēdam/qui cognominatꝛ

Tertio. Petrus, hic dicet tibi quid te oporteat facere. ¶ Adhæc. Cōfert is modus eligendi/seruandæ uenerationi erga Summum Pōtificem

.i.Thim.iii. electum. Nam (ut scribitur.i.ad Thim.iii.) Oportet pastorem testimonium bonum habere ab his qui foris sunt. Super quo uerbo/di

Augu. cit Aug. ꝙ non solum oportet pastorem habere testimonium a do.

medicis: uerum ẽt ab alienis. iudeis. s. gẽtilib⁹ & hereticis: ut q de/ trahunt religioni: saltem uitæ ei⁹ detrahere nõ audeãt. Quod qdẽ summ⁹ põtifex pcipue acqrit/cum libera electione/ab ecclesia eligitur. ¶ Preterea. Modus electiõis/cõuenit modo dignitatis. Est autẽ hec sacerdotium uniuersale/in quo nõ debet eẽ acceptio græci/& latini: serui/aut liberi: quia oẽs sunt unum in xpo: ut scribit ad Gal. iii. Ea propter/nullo habito respectu cuiusuis patriæ/electores aptiorem eligere tenentur

Quarto.

Scd nota q diuersimode siue a diuersis personis fuit facta electio summi põtificis. Nã secũdũ ãtiq̃ cõsuetudinẽ/ ac iura: pria electio Romãi põtificis/spectabat ad Romanã ecclesiã: q erat cõgregatio oium fidelium Romanoꝝ: sicut ẽt eligebant cõiter Episcopi. ut i. c. Metropolitão. &. c. ego Ludouic⁹. lxiii. dist. ¶ Deide Impatorib⁹ qbusdã christianissimis/cõcessa fuit potestas eligẽdi summũ põtificem/pro defensione fidei/& seruande pacis gra: sicut patet. in. c. Adrianus. lxiii. dist. &. c. sequẽti. ¶ Secundũ uero moderna iura/omnes excluduntur/exceptis Cardinalib⁹: q assistunt summo põtifici tãquã unũ corpus. Hui⁹ ratio habetur in c. Valentinian⁹. lxiii. dist. Cui cum dixisset Synod⁹/ut ipse decerneret qs dign⁹ foret/ut eligeretur: Rñdit. Sup uos est electio talis/q diuina gratia potiti/& illius splendore fulgẽtes/meli⁹ poteritis eligere. Nec hoc ẽ ascribẽdum leuitati: qa uarietas tẽporum/& noua & mores/& iura mutare cogit: ut hr̃ Hester. ulti. c. ¶ SCIENDUM ẽ quoq Cardinalium potestatẽ eligẽdi Papam/esse restrictam. Nam si duæ ptes nõ consenserint: nulla est electio. Si uero assenserint/tertia parte ẽt contradicẽte: ille electus uerus est summ⁹ põtifex (ut hr̃ i. c. licet. extra. d elec.) ab uniuersali ecclesia ut su⁹ pastor & rector/recognoscendus & hñdus. Nequeunt etiam hereticum publicum/aut infidelem eligeř: nisi abiuret heresi heretic⁹: & sanctam fidem catholicam profiteatur: ac infidelis baptisma suscipiat: ceu legitur de. B. Ambrosio. Electio quoq hec debet cælebrari eo modo & ordine/eaq forma/q̃ sibi precipue imponunt seruanda canones nouissimi: In quibus tamẽ multa sunt de solẽnitate/non de necessitate. Verum: electio Papæ cælebrata/a nullo debet examinari/secundum quosdam/nisi ab ipsis cardinalib⁹. Examinatio enim est ad superiorẽ spectans. Spiritualis uero potestas/maior ẽ tpali. In gradibus uero auctoritatis spiritualis/primus est Cardinalium: qui unũ corpus esse cẽsent/cum supremo omnium

Electores Papæ uariati sunt.

A solis nũc Cardialib⁹ fit electio Papæ.

In electione si duæ ptes Cardi. ɔsenserint. &c.

Manifestus hẽticus/aut ĩfidelis neq eligi Papa.

Exẽplum de B. Ambro.

Summo pontifice.ubi casus infortunatissimus eueniret/quo oẽs Cardinales post Romani pontificis obitum/aut simul deficerent: uniuersalis foret ecclesia congreganda/siue generale cõcilium: cuius auctoritate eligeretur Summus Pontifex. Tum propter scisma tollẽdum: si quis forte uellet sine canonica electiõe: sed p uim/ sibi Papatum usurpare: qui tamen uerus papa non esset: sicut ponitur.lxxix.dist. ubi dicitur. Si quis pecunia/uel gratia humana/ aut populari/uel militari tumultu/sine concordia & canonica electione Cardinalium/sedis apostolicæ fuerit inthronizatus: nõ apostolicus: sed apostatic⁹ habeatur. Tum/ut dubia quæ oriri possent in huiusmodi electione apud uarias mundi nationes/uniuersalis synodi approbatione/tollerentur. Neq; dubium tunc esset/quin acta ab ecclesia eo casu/sint a Deo confirmata/Domino promittẽte in huiuscemodi euentus: Vbi fuerint duo/uel tres congregati in nomine meo/ibi in medio eorum sum. Congregandæ autem huius Synodi: ministri quoq; esse debent Imperator ac Reges: quoniam ꝓpter talia in ecclesia militanti/gladium portant. Circa eligẽdum mandant iura in.c.in noie domini.xxiii.distin. ut eligatur de ipsius ecclesiæ gremio idoneus si reperitur: uel si de ipsa congregatione non inuenitur/ex alia sumatur. An uero melior sit eligendus/an doctior: An theologus: an iurista: an Romanus: an extraneus: an corpore sanus: an uitiatus: determiatum nil respõdere possumus. nisi ut aptior/cõsiderata temporum qualitate/eligatur. Aptior uero censendus est/qui communi bono reipublicæ ecclesiæ militantis in ordine ad Christum/magis proficere posse speratur ea tẽpestate/iudicio eligentium. ¶ Demum: intẽtio uidet' esse canonum ut electio Summi pontificis cælerius perficiatur: Electoribus assiduo diuina suffragia implorantibus: ac tota ecclesia/præces per singulas pene horas/effundente. Scribitur enim Paralippo.xx. Cum ignoramus quid per nos agere debeamus: hoc solum est nobis refugii: ut oculos nostros dirigam' ad Deum. Qui (dicente ps) non derelinquit sperantes in se. Et qui est benedictus in secula seculorum. AMEN.

Gñale cõcilium cõgregãdum.

Qui p uim sibi papatũ usurpat: uerus papa nõ est cẽsendus

Idõe' debet eligi in Summum Pontificem.

Quis sit aptior.

Paralippo. xx.

Casus septem s̄m quosdam in qb⁹ Sūm⁹ Pōti.seu Papa/est auferibilis ab ecclesia/de papatu.



RIMO e̅m est auferibilis Sūmus Pōtifex ab ecclesia Dei per uolūtariā eius cessionem/ aut renunciationem a Papatu. Fuerat e̅m olim dubitatio post renunciatiōem Cælestini: nunqd talis renunciatio/iure subsisteret? Tum ꝓpter uotum/quo se Papa obligat ad ecclesiā: Tum propter despōsationem & matrimonium quodam spirituale/inter Papam & ecclesiam: Tum preterea/qa Papa diuino iure/statut⁹ est i hoc gradu. Et si quæ sunt aliæ rōnes. Occasione cuius dubitationis/facta est decretalis determinans affirmatiue ꝙ hoc licet. Et ita licet: ꝙ ex hac humili renunciatione/cum ceteris patribus Celestinus annumerat⁹ est Cathalogo btōꝝ. ¶ Sunt autē casus aliqui/ēt per iuristas expressi: q̄ñ licitum est ꝓlato/imo q̄ñ debitum cedere statui suo. Vnus est grāde scādalum subditoꝝ/quod nō expectatur alio mō ꝓbabiliter terminandum/q̄ p cessionē. Ali⁹ casus est/dum occupatio/seu retentio ꝓlaturæ/patēter uergit in detrimētum salutis ꝓpriæ. Nā qd ꝓdest hoi si uniuersum mundū lucret: aīæ uero suæ detrimētum patiatur: aut quam dabit hō ꝓ aīa sua cōmutatiōem? Alius casus ē ubi manifeste talis retētio/ipediret mai⁹ bonū uel i ꝓlato: uel in subditis. ¶ Multiplices eēnt casus i pticulari scd̄m illud triplex gen⁹. sed breuitati nr̄æ/satis sint ista ꝓ nunc. Per q̄ dissoluit̄ pria rō q̄ fiebat de uoto: qd⁹ nō obligat/dum uergit i detrimētum salutis: uel exitum deteriorē. Alterā rōnem dissoluit dissimilitudo q̄ ē iter mr̄imoniū carnale/& spūale: licet ꝯueniāt i multis. Dissimilitudo ē q̄tū ad hoc ꝙ i spūali nō ē sacr̄m: ex quo cōsurgat idissolubilis nexus/ex istitutiōe diuia: queadmodū de carnali ē exp̄ssa lex. Q uod de⁹ ꝯiunxit hō nō separet: & sacr̄m hoc magnum ē. Dico autem in Cristo & ecclesia: inqt apostolus. Ac ꝓinde soluitur tertia rō: qa ꝓprie/solus Christus est spōsus ecclesiæ. Alii sunt t̄m̄modo Vicarii/quos ꝑ humanam desi gnatiōem/uel electionē/uoluit institui: q̄uis officium sit diuinum: & sola auctoritate diuina/primitus ordinatum.

Primo.

Per uolūtariam renunciationē/ papa ē deponibilis.

Casus aliqui q̄ñ licitū & debitum est ꝓlato cedere statui suo.

Secundo. In casib⁹ dabilibus auferibilis eſt Papa.

Secundo. Auferibilis eſt ſummus pontifex in caſibus dabilibus. Et hoc per ipſam eccleſiam/uel per cõcilium generale/repreſentans eam: uel per aliquos ad hoc per eam inſtitutos: ſiue conſentiat ipſe papa/ uel non conſentiat ſuæ ceſſioni. ¶ Sumitur in primis argumẽtum pro hoc caſu ex ueritate præcedẽtis. Nam ſi Vicarius ſponſus/poteſt reſignare ſponte ipſi eccleſiæ/dando ei libellum repudii. Cum ſponſus & ſponſa non debeant quo ad hoc impari iure cenſeri: poterit ſimiliter repudiare ſpõſum talem ipſa eccleſia ſponſa/dum par ratio uel potior/adducitur pro ipſa contra ſponſum: uel quia ꝓſtituere quærit eam/quantum in ſe eſt: uel tyrannide ſeua /tractare: laniando eam: uel placitando bõa ſua diſſipando: uel quia abuti conatur ea in perniciem filiorum. Nullum quippe ſtatum: nullum gradum dignitatis: nullum miniſtrationis genus/dedit deus niſi in edificationem ſuam/& utilitatem communem. Patet ad Corintios. xiii. Nõ

Ad Cor 13. AdEphe. 4.

poſſumus aliquid aduerſus ueritatem: ſed ꝓ ueritate. Et ad Ephe ſios. iiii. Dedit utiq ad pacem ei⁹ /cuius fines poſuit pacem: ſecundum ꝑs. Et hanc operatur dilectio. propter quod finis legis ab apoſtolo ponitur dilectio: in qua etiam fundauit Chriſtus officium Paſtorale. Si diligis me (inquit xp̃s Petro) paſce oues meas. Ioan. ulti. Sed quis non uideat caſus multos eſſe poſſibiles/quoꝝ aliqui nunc tacti ſunt/in quibus eccleſia non edificaretur/ſed deſtrueretur: non uniretur/ſed diſſiparetur: non paſceretur/ ſed depaſceret: ſi non cederet uoluntarius/uel eiiceretur inuitus hic qui in uicarium ſponſum eccleſiæ/ rite & canonice fuerat ordinatus. Nec ſit cuiquam illud admirationi quod dicim⁹/quaſi cõtrariẽtes illi iuſſioni. Nolite tangere xp̃os meos. quomodo etiam uni ſingulari perſonæ/fas eſſet in caſu uiolentiæ attentatæ/per papam uerum/contra caſtitatem ſuam uel uitam / uim ui repellere cum appoſitione inculpatæ tutelæ: & ita licite ſtabit ꝙ tangat papam uiolenter: uel in mare deiiciat. Cur ſimiliter in caſu non liceat idem toti eccleſiæ/ pro defenſione ſua/& uiolentiæ attentatæ cauta repreſſione?

Tertio.

Tertio auferibilis eſt in caſu uicarius eccleſiæ/per cõcilium generale/eo non cõſentiente/uel inuito celebratum. ¶ Fateamur prius/ꝙ regulariter cõciliũ generale/ non eſt celebrandum/etiam de iure diuino/non uocãte uel approbãte Papa/ſi eſt unicus: nec aduerſus eum allegatio legitima. Sed regulæ gñales bñ ſuſcipiunt exceptiões. Sicut in gramaticalib⁹/

ita & in moralibus: pſertim ubi caſus particulares incidunt mo/dis uariabiles infinitis: ad quas exceptiones/ordinata eſt lex ſuperior interpres aliarum: quã Ariſt. uocat epykeiam .v. Ethico. Et alia diuinior/quam Gnomi appellat .in.vi.ethic. Hec autem lex ſemper habet locum in iterptatiõe legum aliarum pticulariũ: ubi deficere cernitur rõ/& finis iſtitutiõis ipſarum. Finis autẽ legum oium / nedum humanarum/ſed diuinarum/eſt dilectio: q̃ unitatẽ opatur. Sit ergo caſus. Vbi legis alicuius obſeruatio diſſiparet unitatẽ / & obeſſet publicæ ſaluti: Quis rõne utens/diceret eam tenere oportere? Nimirum nec ſibi ipſi quiſquã uellet hoc fieri: quanto minus tota cõmunitas rõnabiliter hoc fugiet. ¶ Q̃d ſi quis interrogaret. qua auctoritate fulcietur/uel utetur huiſmodi cõcilium acephalum: ut uidet' ſine papa? R̃ſidetur/ꝙ auctoritate xp̃i pricipalis capitis ſui/ & indefectibilis ſponſi. Auctoritate ꝑterea legum ſuarum / tam diuinæ q̃ naturalis: quæ hanc licentiam / uel neceſſitati / uel manifeſtæ charitati /uel religioſe pietati/cõcedũt. Pro quo facit text' Marci .ii. de excuſatiõe diſcipulorum uellẽtium ſpicas i ſabbato/p legẽ neceſſitatis/cõfirmatã exẽplo Dauid/q cõedit pães ꝓpoſitiõis. Ariſt. Mar. ii. Exemplum de Dauid.

Quarto. Auferibilis ẽ papa p ipſam eccleſiã/aut gñale cõcilium/quo ad executionẽ licitã eorum oium q̃ poteſtatẽ ordinis reſpiciunt .i. ꝙ ſi licite talia aget. Data qp pe eſt pricipaliter papalis poteſtas pp ipam eccleſiã: & ſua eſt /ſicut eſt ipſi' papæ: quãuis alio & aliomodo. Sua ẽ inquã/& papæ ad edificationẽ eccleſiæ: nõ ad deſtructionẽ. Põt ergo uſus poteſtatis tolli/uel ſuſpendi per eccleſiã ab eo q uellet uti manifeſte in pditionẽ eccleſiæ/aut mẽbrorum ſuorum/tali dignitate. Vnde & ſi ptãs ordinis ſit immediate a/deo: ſit ẽt idelibilis: tñ uſus ipſius multum Depẽdet ab eccleſia & a/rectoribus ſuis q uices eius exequunt'. Et hec fundabilis eſt poſſibilitas ſubtractiõis uel ſuſpenſionis obñiæ / ab aliquo in papã rite electo. Nã ꝙ obñia tali præſtetur / eſt ꝑceptum affirmatiuum: quod nõ obligat ꝓ ſemp: nec i pnicieẽ eccleſiæ. Si uiderit ergo eccleſia ꝙ pſtare nunc obediẽtiã papæ in adminiſtratiõe ordinum/ſacrorum/& ſimilium: fieret eccleſiæ ꝑniciofum: & papæ in inſtrumẽtum maliciæ. cur ſi ſuſpẽdere põt huiuſmodi obñiam/ quouſqz nullum in obediendo cadat piculum? Hec aũt ſubtractio obñiæ/magis adhuc fundabilis ẽ i his/q̃ ſunt tpalis adminiſtrationis. ¶ Sed utrũ hec obñiæ ſubtractio/uel ſuſpẽſio/ualeat p alium Quarto. Papa eſt auferibilis/ quo ad executionẽ poteſtatis ordinis.

q̃ p ecclesiā/uel gn̄ale cōciliū? Forte uideret̃ respōdendū negatiue: præsertim si fiat sermo de subtractione generali/& auctoritatiua/ & quæ ligat omnes de ecclesia in hoc statu. ¶ Secus est de subtractione particulari/quo ad hos uel illos/quæ non fertur auctoritatiue: sed uel doctrinaliter/& insinuatiue: uel necessitatis quadam

Nota bene. inductione. Iubebit (exempli grā) Summus pōtifex corā theologis expertis/ꝙ fideles credant spm̄sctm̄ non procedere a patre & a filio. Dicimus ꝙ theologoꝝ erit doctrinaliter resistere/& dicere ꝙ si

Isidorus. bi nō obediatur. Quia (ut dicit Isidorus.xi.q.iii.post cap. Si quis) Is qui præest si præter uoluntatem Dei: uel ꝑter quod in sacris scripturis euidenter præcipit/uel dicit/uel aliquid imperat: tāq̃ falsus testis/aut sacrilegus habeatur. ¶ Iubebit alter Summus Pont. ut uastetur Regnum Frācoꝝ igni & gladio. Dr̄ ꝙ Regis erit resistere & iubere ꝙ ei non obediatur: sed resistatur. Hoc enim fas est agere cuicunq3/in quem uim illicitam uellet inferre/etiam uerus Papa. ¶ Non est in ecclesia pax. Iubebit ipse idem: ꝙ unio ad pacem ecclesiæ non quæratur/uiis conuenientibus/& congruis: aut etiam per eum iuratis: aut ꝙ ecclesia nequaq̃ congregetur ne forte ipm̄ eiiciat. Dicimus ꝙ omnium catholicorum erit resistere & nō obedire. ¶ Quod si sit aliquis qui totam præsidentiam suam/& Papalem dignitatem conuertere uelit in instrumentum nequitiæ/& destructionis alicuius partis ecclesiæ in temporalibus uel spiritualibus: nec pateat sufficiens remedium aliud: nisi subducendo se ab obedientia talis ptātis seuientis/& seipsa abutentis: & hoc ad tempus: uel quousq3 ecclesia uel concilium prouiderit: hoc fas erit: dum tamen illud agere pia quædam impellat necessitas: non libido/seu cupiditas assumendi improbe uelamē maliciæ libertatem. ¶ Fatemur enim duo illa/nullomodo debere fieri/nisi manifestis causis urgentibus: ne in toto corpore ecclesiæ deterior/& generalior scissura fiat/& inducatur: dum particularia membra consuescunt nō obedire: sicut notat Aristo. in Polit. pessimum esse cōsuescere nō obedire ꝑncipi/siue regi. Quanto magis erronea/& dānanda est assertio. ꝙ licet unicuiq3 subditorum/mox ut aliquis est tyrānus/ipm̄ uiis oībus fraudulentis & dolosis sine quauis auctoritate/uel declaratione iudiciaria/morti tradere: presertim si addat hæc assertio ꝙ tyrānus ille omnis est qui non præest ad utilitatem subditorum.

Quinto. Auferibilis ē papa per ecclesiā/aut ḡnale cō cilium tāq̄ hr̄ticus aut scismaticus: ēt ubi in casu / ipse nō ē ueraciter & mentaliter talis. Assignem⁹ summatim casus aliquos circa personas alias/qui similiter possunt in Papam cadere. Duos inuenimus in iuribus expressos: ℭ Vnus ē/dum ali quis sustinet excōmunicatiōem ultra annum: & citatur super ma teria fidei: nec respondet. ℭ Alius/dum citatus coram iudice/re nuit prestare iuramentū. Talis aliquis poterit manere semp ue rus fidelis: attamen ipse tanq̄ hereticus iuris presumptione/dam nabitur. ℭ Tertius assignatur casus. Si timore mortis/uel alia pas sione motus/qs uocaliter negat ea quæ sunt fidei & non uult cum possit sufficienter se purgare. ℭ Quartus casus/ubi per actus he reticales/aut idolatricos/habebitur præsumptio uehemens cōtra aliquem: & talis cum poterit noluerit sufficienter se purgare. Di cuntur autē actus hereticales/uel idolatrici: qui sunt contrarii uel oppositi actib⁹/quibus solet fieri processio fidei/& religionis chri stianæ/& cultus diuini: sicut est genuflexio coram sacramēto alta ris: & ingressus templi: & similia. Et in hoc multum ualet usus ho minū: sic talia signa/uel talia accipiētium. Vnde si quis exhibet talia in honorem Machometi/uel idolorum: aut si oppositis factis detestaretur sacramentum altaris: & templum dei/& sacras imagi nes: & similia faceret: haberi deberet de heresi & idolatria/suspe ctus. & hoc uel uehementer uel grauiter/uel leuiter: secundum q̄ plures causæ suspitionem aggrauantes: & pauciores releuantes concurrent. Et hoc esset longus sermo de modo accusationis ta lium coram inquisitore. qñ/scilicet/& quando nō ueniunt iudicia liter in materia fidei/& idolatriæ pertractandi. ℭ Casus quintus/ inuenitur ubi quis per testes accusatur/atq; conuincitur fuisse re lapsus in hereses iam damnatas. Ille plane damnabitur per eccle siam quæ non iudicat de occultis. ℭ Sextus casus incidens cum quarto: ubi quis etiam leui suspitione notatus de fide/uocatus fuerit ad iudicium: & uenire neglexerit seu contempserit: aut for te non potuerit: de qua tamen impotentia fidem facere noluerit. Cum enim Sūmus Pontifex iuxta probata prius/possit tam do ctrinaliter/q̄ iudicialiter denunciari / deferri/& accusari/coram concilio generali in materia fidei & cultus diuini / non repugnat casus istos & similes in ipso posse reperiri: qui circundatus est in firmitate: sicut dicit Apostolus/experientiæ uoce loquens.

Quinto.
Casus qbus p̄t qs dici he reticus aut scismatic⁹.
Primus.
Secundus.
Tertius.
Quartus.
Quintus.
Sextus.

Sexto
Casus qbus papa pôt destitui sine sua culpa / quãuis non sine causa.
Prim⁹ casus
Secundus.
Tertius.
Quartus.

Sexto. Auferibilis est papa per ecclesiã / et sine culpa sua: quãuis nõ sine causa. Tangamus similiter casus aliquos. Vbi corã tota ecclesia/uel cõcilio gñali / proponeret/ & probaretur per testes: ꝙ papa qui forte est detentus inter saracenos iam obiit: & cum ecclesia non possit diutius remanere sine papa: uidetur omnino ꝙ in hoc casu concilium poterit creare nouum papam: & cum non possint esse duo simul: uidetur ꝙ primus erit destitutus per concilium. Posset etiam destitui ubi constaret de uita/si de eo ablata esset spes eius redeundi. ¶Alter casus est: ubi quis rite electus in papam efficeretur adeo inutilis propter indispositionem corporalem: ac propter carentiam perpetuam usus rationis: uidetur ꝙ per concilium iam per eum cõgregatum dum sane mentis erat expediret aliter prouideri de summo pontifice. ¶Alter casus est ubi post electionem canonicam alicuius in papã per cardinales: ipsi cardinales omnes morerentur priusquam possent electionem suam canonicam plublicare. constat ꝙ ecclesia nõ tenetur hunc recipere pro papa: & ita posset ad electionem alteri⁹ procedere. ¶Casus alter esset ubi per iuramentum & uotum/aliquis in papam rite electus: seipsum ad cessiõem obligasset: sed differret hoc adimplere: in scandalum populorum putantium ex tali facto papæ: ꝙ neqꝫ iuramentis suis obligantur: neqꝫ uotis. ¶Deniqꝫ & si isti quattuor casus notati uix/aut nunquam nisi fuerint: nihilominus expediens est tangere ad solidiorem inquisitionem ueritatis: & ad confutationem illorum/qui in iuribus suis scriptis oĩa particulatim & sufficienter arbitrantur esse decisa.

Septimo.
Duæ opiniones de destitutiõe papæ
Prima.
Secunda.

Septimo. Auferibilis est papa per ecclesiam aut cõcilium generale/ut dictum ē. & dum hoc euenit/probabile est ꝙ magis fiat destitutiue & iuridice: quam solum declaratiue seu dictatiue/seu cõsiliatiue. ¶Fuerunt duæ opiniones de destitutione Papæ. Vna ponit ꝙ papa dum labit̃ in heresim iam damnatus est: et eo facto per deum depositus: & perdidit iure diuino papalem dignitatem: siue hec heresis sit secreta/ut ampliant aliqui: siue sit manifesta/ut placet aliis loqui stricti⁹. ¶Credunt alii: ꝙ nullus rite in papam electus/redditur per aliquod crimen eo facto depositus: licet bene sit deponendus: & manet talis rite electus semper papa usqꝫ ad sententiam depositionis latam cõtra eum per ecclesiam/uel generale concilium: aut nisi cesserit spõte sua: quemadmodum in aliis episcopatibus/& dignitatib⁹ mino/

ribus/dicunt esse certum: ita ꝙ resolutio finalis huius opinionis/ quam nunc dicimus/probabilem stat in hoc: ꝙ sicut nullus efficit papa lege stante/& nisi fieret noua reuelatio uel miraculosa insti/tutio nullꝰ inquã talis rite efficitur papa nisi per legitimam electio nem dominoꝝ Cardinalium/Aut aliorum quibꝰ hec potestas col lata fuerit per ecclesiam/aut per gñale concilium: sic nullus talis rite electus desinit esse papa: nisi per destitutionem legitimam fa/ctam ab ecclesia/uel concilio: uel aliis quibus uoluerit conferre ec clesia/uel concilium/huiusmodi potestatem qualis nondum colla ta esse reperitur. ¶ Probabilitas huius opinionis patet Primo. ꝙ status hierarchicus in ecclesia debet esse certus & constans. da op/positum. Iam ecclesia nõ fuisset sufficienter instituta: quia subditi remanerent semper expositi discrimini peccati mortalis in obediẽdo/uel non obediendo suis superioribus: cum non posset eis consta re sufficienter quando superiores ius perdidissent in presidendo: uel ipsum retinerent. ¶ Ac proinde dicimus consequenter: ꝙ titu lus ecclesiasticæ dignitatis/uel auctoritatis/nõ est fundatus in sola sanctitate: quemadmodum dixerunt heretici qui nominabantur pauperes de lugduno: & alii similes: sicut deducit Bonauẽtura in dist. xxv. quarti. Alioquin nihil esset certum in actibus hierarchi/cis. Sicut nemo scit An odio/uel amore dignus sit. ¶ Ex eadem ra dice pateat/ꝙ per præscientiam uel reprobationem æternã / non datur/uel aufertur precise titulus ecclesiasticæ dignitatis. Nã Iu/das præscitus /fuit apostolus: & multi ꝑdestinati caruerunt & ca/rent tali dignitate. Sequitur amplius ꝙ titulus ecclesiastice digni tatis non est fundatus in donis gratuitis latentibus in anima: quia de illis constare non potest subditis/nisi forte per reuelationem: & ꝑsertim si sint dona quæ statim habita/statim perdi possint: quod dr̃ propter caracteres indelibiles/postquã semel habiti sunt: & de q bus presupposita fide/potest haberi sufficiens cærtitudo/ dum ali qs rite suscipit sacramẽta imprimẽtia tales characteres. ¶ Adda/mus rursus. ꝙ sicut iniustus homo sine charitate/& ĩ peccato mor tali potest uere dominari tpaliter/& esse rex uel princeps iusto titu lo. Sic etiam potest esse eṗs uel sacerdos. Et hoc sequitur ex priori/bus contra imaginationem aliquorum/qui posuerunt omne domi nium & omnẽ dignitatem fundari in iusticia charitatis: & ꝙ sine ea nihil potest esse iustum neq; iuste fieri: neq; possideri: quod utiq; repugnat assertionibus sacræ scripturæ (ut supra ostensum est.) in

Probatio huius opi/nionis.

Titulꝰ eccle siasticæ di/gnitatis.

Iniustus ho mo.

locis plurimis: in quibus idolatræ & pessimi homines & reprobi appellantur reges: ut Saul/Cyrus/& Achaz. Vnde & xps docuit: q̄ phariseis & reprobis daretur obñia i doctrina corum/dum ait. Super cathedram Moysi sederunt scribæ & pharisei: que dicunt uobis facite: secundum autem opa eorum nolite facere. ℂDicamus cõsequenter q̄ dignitates ecclesiasticæ non fundantur in fide interiori: neq̄ in spe sancta: neq̄ in charitate. Patet ex eisdem fundamentis. ℂPatet amplius q̄ canones sacræ scripturæ/ac summoꝝ pontificum dicentes hereticos esse uitandos tanquam ethnicos & anathematizatos: uerum dicunt/dum constat eos tales esse/& maxime per sentẽtiam iudiciariã: aut propriam confessionem/ aut facti euidẽtiam. Nihilominus q̄ tales sint eo facto depositi a dignitatibus/& q̄ eas perdiderint sine destitutione/nõ hr̃ ex eisdem canonibus. Aut si aliqui canones uideantur hoc sonare/de notoriis & manifestis hereticis/qui sunt eo facto depositi / intelligi posset: q̄ contra tales non requiritur processus iuridicus ordinat⁹ ad degradandum eos per sententiam diffinitiuã: sicut in occultis & non cõfessis opporteret. ℂDicamus ergo concludentes probabiliter (saluo iudicio ecclesiæ) q̄ sicut humana electio dat titulum papalis dignitatis si homo sit capax illius electionis/atq̄ dignitatis / & si sit uiator baptizatus. Sic per humanam destitutionem perdit illam presidentiam/siue sit hereticus siue scismaticus. ℂNotandum est igit̃ sine processu longiori/q̄ multæ sunt connexiones membroꝝ in corpore mystico ecclesiæ: sicut diuersæ sunt in eodem corpore unitates. ℂVna est enim unitas charitatis. et ita soli habẽtes charitatem/dicuntur uere membra ecclesiæ. ℂAlii quantumcunq̄ fideles: sunt uel ut precisa/uel ut arida & emortua membra: immo sunt proditores domini sui: nec de familia eius/hoc modo dici pñt: nec sunt digni pane quo uescuntur. ℂAlia est unitas in donis naturæ: sicut omnes connectuntur in intellectu & ratione. ℂAlia est unitas, in simili participatione sacroꝝ: & pͤsertim i unitate baptismatis: in quo caracter imprimitur: in qua unitate/connectunt̃ omnes qui baptisma rite susceperunt / etiam ubi fidem actualem uel habitualem perdidissent. Et hec unio uidetur absolute sufficere ad hoc q̄ aliquis rite i papam electus maneat in caput ecclesiæ/ quousq̄ fuerit per sententiam diffinitiuam depositus.

Multæ connexiões mẽbroꝝ ecclesiæ:
Prima.
Secunda.
Tertia.

FINIS.

Sequitur Modus se hñdi. Tempore scismatis.



E modo se habendi tempore scismatis/ nunc tractatur⁹: Pro illi⁹ maiori declaratiõe/& faciliori intelligentia: Prius uidendum est/quid sit Scisma. Dein de pmodum cõclusionum/ad declarã dum pcedemus intẽtum nr̃m. Sciendum ergo/ꝙ scisma multipliciter capitur/seu dicitur. Nam prima sui impositione/scissuram quandam sonat: ut aiunt Isydorus in libro. Ethymolog. Et Pelagius Papa. in capitulo Scisma .xxiiii. questione prima. Extensione uero significati/quãcunqꝫ hominum diuisionem secundum mentem ab unitate quacunqꝫ amplissima significat/siue boni/siue mali. Hoc modo accipitur scisma. Ioan. ix. Et scisma erat inter eos. Vbi Glos. quædam dicit. Si omnes fuissent mali/scismate caruissent. ¶Communi uero significatione/scisma importat illicitam diuisionem inter eos inter quos unitas esse debet: quo pacto accipit Apostolus. i. Corint. i. Idipsum dicatis omnes: & non sint in uobis scismata. Et hæc significatio aliquando propria dicitur: ut quando uel propter diuersam fidei professionem/uel propter diuersas sententias de agendis/homines unius collegii se in diuersas separant partes: secundum illud Esa. uigesimo secundo. Scissuras ciuitatis Dauid uidebis: quia multiplicatæ sunt. Vbi Glo. interlinea. super uerbo/scissuras/dicit. Scismata/scilicet/ecclesiæ. ¶Secundum autem significatum proprium quo nunc nomine scismatis utimur: sic diffinitur. Scisma est separatio/propria sponte & intentione/ab unitate ecclesiæ: renuens subesse Papæ/& communicare membris ecclesiæ. Ponitur hic/separatio/loco generis. Dicitur propria sponte & intentione: propter eos qui ui coguntur/ne de facto subsint Romano Pontifici: ut in multis mundi partibus accidit. Dici

Scisma multiplr̃ capit̃.

Isidorus.

Pelagius Papa.

Ioan. ix.

Glo.

.i. Corint. i.

Esa. xxii.

Glo.

Diffinitio scismatis p prie dicti.

Vnitas ecclesiæ in duob⁹ attéditur.

tur ab unitate ecclesiæ: qm̄ unitas ecclesiæ/in duobus attéditur. scilicet: in connexióe mébrorum adinuicem/siue in cómunicatione. Secundo in ordine omnium membrorum ad unum caput. Extra quā unitatem qsquis pertinax inuenitur: in ecclesia se eē nō

Aug.

Scismaticus pertinax/est extra statum salutis.

confidat: neq; in statu salutis. Vnde Augu. de fide ad Petrum. Firmissime tene/& nullatenus dubites/oēm hr̄ticum & scismaticum cum diabolo & angelis eius/æterni ignis incendio participādum: nisi ante finē uitæ: catholicæ fuerit incorporatus & reintegrat⁹ ecclesiæ. Et post pauca. Omni homini/q catholicæ ecclesiæ nō tenet

Idem.

unitatē/neq; baptismus/nec elemosyna q̄tumcūq; copiosa/neq; mors ꝓ noīe Christi suscepta/ꝓficere poterit ad salutē. Et notāter dicitur/ecclesiæ.s. uniuersalis/& nō particularis. Deīde cum inferitur. renuens subesse Papæ. dicitur ad differentiam heresis/quæ fit p falsam contra fidem opinionē. xxiiii. q. iii. c. inter heresim. Item renuens importat rebellionem quandam cum pertinacia: ut cum quis pertinaciter præcepta Papæ contēnit/& iudicium ei⁹ subire

Scisma nō ē in ecclesia: sed ab ecclesia.

recusat. Scisma itaq; est non in ecclesia quæ una est in plures neq; diuidi: sed ab ecclesia: ut habetur in. c. scisma. xxiiii. q. i. in quo pariter. c. declaratur ꝙ communicare nolētes membris ecclesiæ Romano Pontifici subiectis/scisma incurrunt. ¶ Sed ut clariora fiāt

Duplex unitas i ecclesia

ista/recolendum esse censeo/duplicem esse unitatem in ecclesia (ut etiam supra positum est) ultra unitatem naturæ. Vna est oium

Prima.

membrorum ecclesiæ cum Christo capite/quod influxu interiori

Secunda.

influit. Altera ē omnium membrorum adinuicem/quorum caput est Romanus Pontifex/influēs secundum influxum exteriorem: sicut declaratum est. Et hæc unitas membrorum per multitudinē ad Romanum Pontificem semper manet actu/uel habitu. Actu quidem semper manet habitudo omnium membrorum ecclesiæ ad sedem apostolicam/etiam mortuo papa. extra de rescriptis. c. gratiose. Habitu autem ad personam eligendam. Quapropter di

Cyprianus.

Vñ nata sūt scismata.

cit Cyprian. in Epistola quadam ad Cornelium/ꝙ scismata nō aliunde nata sunt: q̄ quando sacerdoti Dei/non obtemperatur. nec unus in ecclesia ad tempus sacerdos/& ad tempus iudex Christi uice/cogitatur: cui si scdm diuina magisteria obtemperaret fraternitas uniuersa: non discidio unitatis/Christi ecclesiam scinderet.

Pelagius Papa.

hæc ille. Hinc & Pelagius Papa. in. c. non nos. xxiii. q. v. ait. Quisquis ab apostolicis diuisus est sedib⁹: in scismate eē nō dubium est.

Ad hec fulcie͂da faciunt q̄ hn̄r in.c.hec est fides.xxiiii.q.i.et in.c. non decet.&.c.p̄ceptis.xii.dist.Ex quibus hr̄: q̄ scismatici sunt pro prie/qui propria sp̄ote & intentione/separant se ab unitate eccle siæ renuentes subesse pape/& membris eius cōicare. ¶ Sismatici exemplariter p̄cesserunt in scismate/quod Chore/Datan / & Abi ron/cum cōplicibus suis fecerunt: quod inde ortum habuit q̄ sub esse renuerunt Moysi duci israel:& Aaron summo sacerdoti .de quo hr̄ Numeri.xvi. Item in scismate quod decem tribus fecerunt: eo q̄ cōtempto rege suo/alterum sibi statuerunt.s.Hieroboā.ut hr̄. iii.Reg.xii. ¶ Quare dico/q̄ scismata communiter ex triplici fon te oriuntur: Aut ab heresi. Ideo Beat⁹ Hyero.in.c.inter heresim. xxiiii.q.i.dicit: q̄ omne scisma inueteratum aliquam heresim sibi coniungit: ut recte ab ecclesia recessisse uideat̄: sicut patuit in scis mate Iacobitarum/Armenoꝝ/Bohemoꝝ/& Grecorum. Aut ab inobedientia. Aut ab usurpatione apostolicæ sedis: ut contingit q̄n duo/uel plures/cōtendunt de papatu: uel sunt duo creati papæ:& uterq̄ electus creditur.ut supponit glo.in.c.primo.xxiiii.q.i.

Sismatici significati sunt p̄ Datā & Abiron. Numeri. xvi.

.iii.Re.xii.

Sismata ex triplici fon/te oriuntur.

Hiero.

Quoniā ergo nōnunquam quorundam exigente pre latorum malicia/uel ambitione/tale scisma euenit. Ideo:satis fore utile & dignum/duxi: quædam fundame͂ta lia(saluo semp̄ in omnibus supiorum ac sapientiorum iudicio) sub aliquarum cōclusionum cōpendio/ponere. ¶ Q uocunq̄ de papa tu conte͂dentiū demonstrāto/non est hereticum dicere. A/nō ē pa pa. ¶ In casu p̄dicto: stat aliquos esse/apud quos istud p̄tinaciter asserere. A/nō est papa: saperet heresim. ¶ In scismate/temerariū & iniuriosum/& scādalosum est/asserere oēs tene͂tes istā p̄tem/uel alterā/uel oēs neutrales etiā absolutos: ēe uniuersaliter extra statū salutis/uel excōicatos/uel rōnabiliter de scismate suspectos. ¶ In scismate/licitū immo cautum est p̄stantib⁹ obedie͂tiam isti/uel illi/ eam sub cōditione tacita uel expressa/tribuere. ¶ Q uacunq̄ p̄te demōstrata/temerarium & scādalosum & sapiens heresim/est as/ serere sacra ecclesiæ/suā efficcatiam nō hr̄e : aut sacerdotes non esse consecratos: pueros nō esse baptizatos sacrame͂tū altaris non esse cōfectum/& similia. ¶ In scismate / temerariū & scādalosum est asserere/quacunq̄ parte demonstrata/ q̄ nō licet audire missas eoꝝ: uel sacramtis nō cōicare: p̄sertim attenta diuersitate locoꝝ/ tpoꝝ/atq̄ p̄sonaꝝ. ¶ Possibile ē aliquos uere parti assentientes/ ueraciter scismaticos esse. Et aliquos falsæ parte modo p̄dicto asse͂

Cōclusiōes circa modū se hn̄di tem/pore scisma tis. Pria con clusio.

Secunda

Tertia.

Quarta.

Quinta

Sexta.

Septima

dist. vi. Nec canonista facile inueniret aliquod consilium/ uel præ/
ceptum proprie/ ubi exprimat̃ de confessione faciẽda/ sicut hic lo/
Incõueniẽs quimur. ¶ Item: si tua opinio uera esset/ uideretur ꝙ papa non te
neretur cõfiteri: quia sicut habetur extra. de uerboꝝ signi. Exiit q
seminat. Non habet imperium par in parem. ¶ Item non uidere/
tur/ ꝙ infideles tenerent̃ ad præceptum de cõfessione: quia secun
.i. Cor. v. dum apostolum. i. Cor. v. Quid mihi est de his/ qui foris sunt iudi/
Obiectio care. ¶ Sed posses opponere. Cõfessio nõ est necessaria apud gre/
cos. Esset autem necessaria/ si præceptum de ea esset ex auctorita
te sacræ scripturæ. Sed antecedens si est manifestum Necessarium
eñ est apud eos baptisma fluminis/ sicut & nobis/ tanquam prima
tabula. Sic etiam pñia uidetur/ immo sacramẽtum penitẽtiæ secũ
Nota da tabula. Et si probatur antecedens/ quia nõ est apud eos consue
Responsio tudo cõfitendi. O mirabilem probationẽ anteceđtis. Nõ est miꝛe
ad obiectio/ si arguis latinos: qa timeo te grecum esse effectum. Sed nõ agam
nem tecum superfluis uerbis. Respõdeo igit̃. Multas laudabiles cõsue
Græci. tudines Græci omiserunt/ ex quo ab ecclesia recesserunt. Si negãt

Spiritum sanctum pcedere a filio cōtra expressam auctoritatem
sacræ scripturæ/ut habetur Ioan.xv. Cum autē uenerit paracli/ Ioan.xv.
tus/quem ego mittā uobis. Et.xvi. De meo accipiet: & annuncia &.xvi.
bit uobis. Et ita istam: nō solum laudabilē: sed etiam necessariam/
potuerunt omittere. Tamen non diceremus ego/græcos non confi
teri: quia nec hoc alicubi aliquis doctor scribens contra alias abu
siones eorum exprimit: cum tamen fuisset notabilis discordia ab
ecclesia Romana/si in hoc discordarent. notabilior. s. q̄ conficere
in fermētato: uel uti hac forma. Baptizet̄ seruus xp̄i. de quib' nō
tacetur a latinis. Breuiter uidet̄ rōnabilius/q̄ confessio cadat sub
præcepto diuino positiuo. Vñ Aug. ait/in tractatu de cura militiæ.
Agite penitētiam/qualis agitur in ecclesia. Nemo dicat sibi. Oc/ Aug.
culte ago: apud deum ago. Nouit deus/qui mihi ignoscit: quia in
corde ago. Ergo sine causa dictum est. Quæ solueritis super terrā/
soluta erunt in cœlis. ergo, sine causa claues datæ sunt. Frustram'
uerbum xp̄i. Iob dicit. Si erubui in conspectu populi peccata mea
cōfiteri. Idem Aug. in libro de penitētia ostēdit di. Frustrat claues Idem.
ecclesiæ/q sine arbitrio sacerdotis penitētiam agit/si sine oris con
fessione criminis indulgentia impetratur. Ecce q̄ clare ex uerbis.
Aug. ostendit̄ sacramētum penitētiæ/esse fundatum in sacra scri
ptura. Immo: dato casu/q̄ de ipso scriptura sancta expssē mētionē
nō faceret. ex quo/Christifideles cōmuniter hoc tenēt et obseruāt:
adhuc credendū eēt ecclesiā/ab apostolis illud habuisse. Eodē dicē
te Augustino. in lib. de baptismo paruulo℞. cōtra Donatistas. Illa Aug.
q̄ per uniuersam ecclesiam custodiunt̄: ab ipsis apostolis tradita/&
memorata/credunt̄: q̄uis in eo℞ dictis/uel cōciliis nō reperiantur.

Et Quia in superiori loco/locutus sum de satisfactione: addu Obiectio.
cendo dicta sancto℞ docto℞. Ideo posses respondere q̄ lo/
quunt̄ de satisfactione interiori: & nō exteriori. Quod posses pro Probatio
bare tali medio. Satisfactio exterior nō est iniungēda pænitēti: qa
minores sacerdotes debēt imitari sacerdotē summum/q est regula
ipso℞. sicut ipsemet dixit. Exēplum enim dedi uobis/&c. Sed sum
mus sacerdos. s. xp̄s mulieri dephēsæ i adulterio/nō iniunxit aliud
nisi abstinerē a peccato: dicēs. Vade & ampli' noli peccare. Idē dixit
lāguido/quē sanauit aput pbaticā piscinā. Et aliis quos sanabat di/
cebat. Fides tua saluum te fecit. Aliā exteriorē satisfactionē/ nō in
iungebat. Ergo minores sacerdotes nō debent iniungere exterio/
res satisfactiōes. Vnde Ambro. de beato Petro/sic loquitur. Non Ambro.

Responsio. inuenio quid dixerit. inuenio q̄ fleuerit. Lachrymas eius lego: satiſ factionem nō lego. ¶ Ad quod dicitur/ q̄ minores sacerdotes debent imitari Summum sacerdotē i uirtutibus/ quibus assimilatur Deo. sed in potentia & scientia/ non possunt ipsum imitari/ nec debent. Vnde quia Dn̄s uidit mulierem illam/ perfecte punitam per contritionem/ & erubescentiam/ quā passa est coram hominibus/

Rn̄sio ad dictū Ambro. propter hoc non iniungit ei penitētiam exteriorem. Ad dictum uero Ambrosii rn̄detur. Quod dicit se lachrymas Petri legisse: non satisfactionem. Per hoc nō excluditur satisfactio. Multa .n. facta

Ioā.xx. sunt/ quæ scripta non sunt: iuxta illud Ioan.xx. Multa quidem & alia signa fecit Iesus/ quæ non sunt scripta in libro hoc. ¶ Et q̄ sa

Augu. cerdotes debent imponere pn̄iam cōfitentibus/ patet per Aug. in lib. contra donatistas/ sic dicentem. Opus enim iustitiæ exercēt in peccatores/ cum eos iusta pena ligant. opus misericordie/ dum de ea aliquid relaxant/ uel sacroꝝ cōmunioni conciliant. Alia opera

Idem. in peccatores exercere nequeunt. Idem in lib. de penitentia. Sacerdotes possunt confitentibus parcere. Quibus enim remittunt/ remittit deus. Lazarum em̄ de monumento suscitatum/ obtulit discipulis soluendum. Per hoc ostendens/ potestatē soluendi cōcessam sacerdotibus. Dixit em̄. Quodcunq̄ solueris super terram/ &c. Hoc est. Ego deus/ & oēs cælestis curiæ ordines: & oēs sancti: i gloria mea/ laudant uobiscum: & confirmant quos ligatis & soluitis. Non dixit Quos putatis ligare/ & soluere. Sed in quos exercetis opus iustitiæ/ & misericordiæ. Aliter autem/ uel alia opera uestra/

Idem. in peccatores non cognosco. Idem super Ioannem. Ecclesiæ charitas/ quæ per spm̄ sctm̄ diffunditur in cordib⁹ eorum/ participes sui sunt/ peccata dimittit: eoꝝ qui non sunt tenet. Et sic patet/ q̄ dicta superioꝝ doctorum/ possunt itelligi non solum de interiori: sed ēt

Pro pctis eē satisfaciēdū patet ex sacra scriptura/ & sāctis doctorib⁹. de exteriori satisfactione. ¶ Et q̄ etiam per exteriorem satisfactionem pro nostris peccatis/ satisfacere debem⁹: patet auctoritatibus sacræ scripturæ/ & sanctoꝝ doctoꝝ. Ecclesi.iii.c. Dicitur. Ignem ardentem extinguit aqua: & elemosyna resistit peccatis. Idē.xxix.

Eccle.iii. Ibidē. xxix. Conclude elemosynam in sinu pauperis: & hæc exorabit pro te ab omni malo. Elemosyna uiri/ quasi saculus cum ipso: & gratiam hominis quasi pupillam conseruabit. Et postea resurget: & tribuet illis retributioēm unicuiq̄ in caput illorum. Item Luc.xi. Quod su

Luc.xi. perest date elemosynam. & ecce omnia munda sunt uobis. & Luc.

Luc.xii. xii. Vendite quæ possidetis & date elemosynam. Zacheus em̄ prin

ceps publicanorũ/qui dicit ad Iesum. Ecce dimidium bonoꝝ meorum Dñe do pauperib⁹:&c. de satisfactione a Christo cõmẽdatus est.qa hodie salus domui huic facta est/&c.Luc.xix. Angelus Raphael(ut hꝛ Tobiæ.xii.)cõmendauit tres partes satisfactionis/dicens.Bona ẽ oratio cum ieiunio/& elemosyna:magis q̃ thesauros auri recondere:qm̃ elemosyna a morte liberat.& ipa' est q̃ purgat peccata.& facit inuenire uitam æternã. Diues ille(ut hꝛ Luc.xvi.) qui negauit elemosynã Lazaro/qui iacebat ad ianuam eius uulceribus plenus/mortuus est: & sepultus est in inferno. Ecce Martine Luther ꝙ nos latini/nõ inducimus peccatores ad cõfessionẽ/& satisfactionẽ:ut nr̃o uentri indulgeamus/& nr̃a marsupia repleam⁹. Sed ut ipi pro suis peccatis satisfaciant. & Christi consilium adimpleant. ¶ Audi nunc qd sancti doctores de hmõi re tractẽt. Aug.i Enchiridion.lxix.c. In melius quippe ẽ uita mutãda/& per elemosynas de peccatis pteritis ẽ ppiciãdus Deus. Non ad hoc emẽdus quodãmõ/ut ea semp liceat impune cõm ttere. Nemini eñ dedit laxamẽtum peccandi: q̃uis miserãdo deleat iam facta pctã si nõ satisfactio cõgrua negligatur. Idẽ Aug. Si uis oronem tuã euolare ad dñm/facei duas alas.s.ieiunium/& elemosynã. Ieiunium.n.tollit põdus carnis siue luxuriæ: elemosyna uero tollit põdus Auaritiæ. Et ipa humilitas orõnis tollit pondus supbiæ. Et istis tribus põderibus sublatis/fit orõ leuis/& põt uolare ad Deum. Hiero. Non sanat oculum/quod sanat calcaneum. Ieiunio sanãtur pestes corpis: orõne sanãtur pestes mentis. Grego. A paradisi gaudiis per gulam cecidimus. Sed ad hoc per abstinentiam insurgamus. Idem in homel. ductus est Iesus: ait. Caro nos leta traxit ad culpam. Afflicta reducat ad ueniam. Ambro. & habetur. distin. xxxv.c. Sexto die inqt. Gula a paradiso regnantẽ expulit. Abstinẽtia ad paradisum reuocauit errantem. Vide christiane lector/q̃ ualeãt opa pietatis si ex charitate processerint. Valent enim ad uitam æternam. Valent etiam ad remissionem pctoꝝ. Valẽt ẽt ad augmentum charitatis. Valent propter similitudiem Dei/quã cõseruant & augmentant: quia p opera misericordiæ maxime assimilatur qs Deo. Conemur ergo opa pietatis totis uirib⁹/amplecti. qa Beati misericordes/qm̃ ipi misericordiã ɔsequẽtur. Imitemur ẽt uestigia sanctoꝝ patrum/ qui amplexi sunt penitẽtiã. Sinamus obsecro stultas & sine disciplina qõnes/quæ generant lites. Sectemur iustitiam/& pacem cum his/qui inuocant dominum de corde puro.

Luc.xix.
Tobiæ.xii.
Luc.xvi.
Nota hic.
Aug.
Idem.
Hiero.
Grego.
Idem.
Ambro.
Opa pietatis ad qd ualent.

¶QVARTVS ARTICVLVS: SEV CONCLVSIO QVARTA.

Quarta cõ/clusio seu articulus ẽ de cõtritione.

ontritio Quæ paratur p discussionẽ/ col/lectionẽ/ & detestationẽ peccatorum: q̃ qs recogitat annos suos i amaritudie animæ suæ/ põderando peccatorum grauitatẽ/multitudinẽ/feditatẽ/amissionem æternæ beatitudinis/damnationis acquisitionẽ: hec cõtritio facit hypocritam: immo magis peccatorem.

Probatio

¶Pro incredibilem cæcitatem/& inscitiam bullarum Meus certe ẽ articulus & christianissimus quẽ mihi innumerabilibus papis/& papistis/ non patiar extorqueri. Hoc eñ ea doctrina/penitentiã nullius esse momẽti/nisi in fide/& charitate fieret: quod ipsimet docẽt quoq;: nisi qđ nec qd fides: nec quid charitas sit/aut sciunt/aut docẽt. Ideo dum mea dãnant/sua ipsorum imprudenti cõtradictione/dãnant. Dico ergo q pñiam sic docent ut ꝓmissæ misericordiæ dei/& fidei in eãdẽ nõ maiorem habeat curam/q̃ carnificinæ illius. hic pænitentiam Iudæ scariotis docet. pestilens est diabolus animarum. & carnifex cõscientiarum. Lege autẽ in libros illorum Sophistarum/ de pñia. & uidebis eos nec ꝓmissiõis: nec fidei/ullã mẽtionẽ facer̃. Has eñ ptes pñiæ uiuas omittunt. & solis mortuis cõtritionib᷑ hoĩes exagitant.

Confutatio

Contra predictum articulum arguitur sic. Confessio fit per cognitiõem peccati Sed non potest plene cognosci peccatum/nisi cognoscãtur circonstãtiæ/quæ augmẽtant/uel duplicant ipsum peccatum. nec possunt cognosci nisi cõfitens confiteatur eas. Confitẽs uero nõ põt confiteri omnia peccata/ac eorum circunstãtias agrauantes peccatum/nisi prius reduxerit per discussionem/& collectionem/& per alia necessaria/ad mẽtem peccata/& eorum circunstantias aggrauantes. Ergo male in tua cõclusione dicis/ꝙ Cõtritio quæ paratur per discussionem/collectionem &c. facit hominem hypocritam/& magis peccatorẽ. Et ꝙ prius peccator debet recordari in cõfessiõe secundum posse suum de peccatis/& eorum circunstantiis aggrauãtib᷑: patet per Chrysostomum. de poeni. dist. i. Si obliuiscaris peccatorum tuorum. s. confiteri (ut dicit glo. iterlinearis.) tũc eorum recordaberis nolẽs/qñ i toto pu publicabunt᷑/& in cõspectu ꝓferent᷑ omnium/tã amicorum q̃ inimicorum tuorum: & sanctorum angelorum/cælestiũq; uirtutum. Non eñ ad Dauid solum dicebat᷑/Tu secreto fecisti/& ego hoc cunctis manifestabo: sed ad omnes nos hoc dicit᷑. ¶Et ꝙ peccator debet discu/

Chrysosto.

tere sua peccata/patet per beatum Grego.i moralib⁹/q ait. Debet uniuscuiusq; mens/causas apud deum cōtra se sollicita inqsitiōe/ discutere. Hoc cōfirmat Aug. ad heremitas/inquiens. Primo talis ordo tenendus est: ut peccata præmeditemur. & proferēdo taliter modum/& circunstantiam peccatoꝝ/deo & sacerdotibus/cōfitea mur: ut a pedib⁹ suis nō onerati: sed alleuiati/discedere ualeam⁹. Idē Aug. in lib. de uera & falsa pñia. c. xiiii. ait. Consideret qualita tem criminis in loco/in tpe/in perseuerantia: i uarietate personæ/ & quali hoc fecerit tētatione/ & ipsi⁹ uitii multiplici executione. Oportet enim pænitere fornicantem/secundum excellentiam sui status/aut officii: & secundum modum meretricis: & secūdum mo dum opis. & qualiter turpitudinem suam peregit. si loco sacro. aut cui debuit excellentiā fidei: ut sunt domus dominoꝝ & alioꝝ mul toꝝ. si in tpe orōni constituto: aut in festiuitate sanctoꝝ/ & in tpe ieiunii. consideret quātum p seuerauit: & defleat / q perseueranter peccauerit: & quanta uictus fuerit impugnatione. Omnis ista ua/ rietas cōfitenda est/& deflenda: ut cum cognouerit ꝙ peccet mul tum/cito inueniat deum propitium. In cognoscendo augmentum peccati: inueniat se cuius fuerit ætatis: cuius sapientiæ & ordinis. & statum omnē alterius nō peccātis/immoretur in singulis istis. & sentiat modum criminis / purgans lachrymis omnem qualitatem uitii. defleat uirtutem/qua interim caruit. Dolendum est eñi/& do lere purgandum/nō solum qa peccauit: sed etiā quia se uirtute pri uauit. Hec Augu. Qui & in eodem. c. quasi in fine ēt dicit. Gemat itaq; peccator uitam alienā in sua corruptā: uel corruptam cōserua tā: & cōmodum proximi quod dedisset exēplis boni. Doleat de tri sticia/quā peccādo bonis intulit: & de letitia quā eis nō adhibuit: et nō solum cogitet quid/& qualiter fecerit: sed quia iniuste deum (ut diximus) offenderit. Patet igitur ex uerbis Aug. quaten⁹ tene mur discutere nostram conscientiā. Crede mihi/xpiane lector. ma gis credo Gregorio /& Augustino: q̄ mihi/ & Martino Luthero. Nunqd uelut bestie/ad cōfessionē accederē debem⁹/ sine ulla deuo tione/pmeditatione/cogitatione/ac recordatione/ & nostroꝝ pec catoꝝ cōpunctiōe? Debem⁹ igr tria cōsiderare/anteq̄ cōfiteamur. Primo receptoꝝ a deo bñficioꝝ/nostrā ingratitudinem: quibus ad diuinum amorem mens nr̄a accēditur. Secundo debemus cogitare bonoꝝ amissoꝝ/copiositatē. Tertio debemus cogitare peccatoꝝ/ numerositatē & grauedinē. Et sup oīa debemus deū depræcari/ut

Grego.
Aug.
Idem.
Nota
Idem
Cōcluditur
Tria anteq̄ qs confiteat debet consi derare. Prio Secundo Tertio

Ambro. dignet' sua clemētia/in nobis infundere charitatē. Ait' eñi Ambr. in lib. de beata uita. Quicunq; charitatem i corde non gerit/reco gnoscat se ueram penitentiā nō posse peragere/p quam ad æternā uitā ualeat peruenire. Sine charitate.n.oēs aliæ uirtutes nihil no bis ꝓsunt ad salutē: ut hr̄ de peni.dist.ii.& di.iii.c.si qs autē. Ille an tiquus hostis castitatē in nobis nō timet: quia ipe carne nō præmi tur/ut luxuria dissoluatur: Abstinētiā nō timet/qa ipe cibo nō utī tur/q necessitate corporis nō urget': Distributionē terrenaꝝ reꝝ nō timet si eidem opi charitas desit: qa diuitiaꝝ subsidiis/nec ipe eget. Valde autē in nobis charitatē uerā.i.amorē humilē/quem no

Quid timet in nobis dia bolus. bis uicissim impēdimus timet: & nimis cōcordiæ timet/qa hāc nos tenemus in terris: quā ipe tenere nolens amisit in cœlo. Nec curat antiquus hostis/ut terrena nobis tollat: sed ut charitatem in nobis

Augu. feriat. Vnde Aug. sup Epistolā Iacobi/inqt. Sicut corpus sine aīa/ mortuum est. Ita fides sine charitate/quæ est uita ipsius/mortua

Idem. ꝑfecto reputatur. Et idē in lib. de fide ad Petrum ait. Opus fidei & pfectio/est ipa dilectio. Sine dilectione autem fides est inanis. Ro gemus igitur Deum/ut det nobis charitatem in pn̄ti/& in futuro gloriā. Amen.

¶QVINTA CONCLVSIO.

Quita ꝯclu sio Marti. ē de aiab⁹ exi stētib⁹ i pur gatorio.



Animę in Purgatorio nō sunt certæ de sua sa lute. Ideo suffragium cupiūt/ne de ficiāt in fiducia. ¶Quā probat sic. Si augeretur certitu do/augeretur cōsolatio. Et si augeretur cōsolatio/minoraretur fla

Primo. gellatio. Ergo si esset ibi maior: esset ibi minor afflictio q̄ in præsen ti. Sed nō est minor/sed maior afflictio q̄ in presenti. Ergo ē minor certitudo. Sed in presenti/aiæ habent timorem. Ergo & in purga

Cōfirmatio torio. ¶Confirmatur: Quanto status similior ē statui/quē homo omnino respuit: tanto maiorem timorem incutit ei q in eodem exi stit. Sed status purgatorii magis similis est statui infernali/q̄ status uitæ præsentis: Sed in præsenti/animæ nesciunt/Vtrum odio uel amore dignæ sint. Ergo & ibi nesciunt utrum sint in inferno uel

Scdo. extra. Et per consequens/animæ habēt magnum timorem. ¶Pre terea: Sicut aiæ peccatrices puniunt' timore/& dolore. Sic ecōtra: Aiæ iustæ reficiunt' gaudio & spe. Sed i purgatorio augetur pena doloris. Ergo pari rōne/penā timoris. Aliter sequeretur q aiæ pec catrices/maiori timore & dolore punirentur in pn̄ti/q̄ in purgato rio. quod est falsum. Sed in pn̄ti aiæ puniunt' timore. Ergo a fortio

ri/maiori timore in purgatorio. Et p cōsequens animæ exſtites i pur gatorio nō ſunt certæ de ſua gloria. Et ideo ne deficiāt in fiducia cu piunt ſuffragiū. ¶ Præterea. Eccleſia clamat ad deum ꝓ animabꝰ exiſtētibꝰ in purgatorio/ut liberet eas de ore leonis: ne abſorbeat eas tartarꝰ: ne cadāt i obſcuꝝ. Ergo uidetꝰ ꝙ ñ ſint cærte deꝰ ſua glo ria. et ꝯſequēter ſunt in timore cadēdi in obſcuꝝ. ¶ Et ſi Martine: iſta nō ſint uerba tua formalia: Sēſus tñ ē uerboꝝ tuoꝝ. Nec mire ris/ſi tua uerba formaliter ñ poſui: qm̄ libellꝰ tuꝰ ubi ꝓdictā ac ſe/ quētem notaui ꝯcluſiōes/mihi Tholoſæ exiſtēti/ꝑ breue ſpacium temporis accommodatus fuit. — Tertio. Eccleſia cantat &c.

Cōtra Igitꝰ tuā opinionē/arguo ſic. Aiæ in purgatorio cū cognoſcāt ſe/& habitꝰ q ſunt i ſe. In ſe uidēt habi tum charitatis: &ꝰſe uidēt i ſtatu in quo illū ꝑdere ñ pñt. Ergo ſi ui/ dēt ſe a diuina amicitia ſepari nō poſſe. Et ex cōſequēti certæ ſunt ꝙ habebūt uitā æternā. et p ꝯſequēs nō ſunt in magno timoꝛ. ¶ Et cōfirmatꝰ. Q uero a te Martie. Luth. Q uomō aiæ timēt i purgato/ rio? Aut ex ſubreptiōe/Aut ex ſcia cærta? Nō ex ſubreptiōe: quia hoc cōpetit aiabus rōne cōiunctiōis ſuæ cū carne a q̄ opprimunꝰ: iuxta illud. Corpꝰ qđ corrūpitꝰ aggrauat aiam. Et ideo oino ſunt dñæ actuū ſuoꝝ. Nō ex cærta ſcia. Probatꝰ. Animæ q̄ ſunt in pur/ gatorio/cærta fide cognoſcūt/ꝙ i iferno nō meliorātꝰ. Cærta fide cognoſcūt/ꝙ in inferno deſpatiōe cruciātꝰ. Cærta fide cognoſcūt/ ꝙ in inferno uermis nō moritꝰ. Sed cōſtat ꝙ oppoſita uidēt in ſe ex deliberatiōe: nec pñt de his dubitare/qn cadāt a uera fide: Sed nō pñt fieri infideles. Ergo nō pñt ex certa ſcia dubitare/nec ex ſubre ptiōe. Ergo nullomō timēt: ſed ſunt cærtæ/de ſua gloria. ¶ Præte rea. Maiorē cærtitudinē habet ille/q nullā habet dubitationē: q̄ il le q habet dubitationē. Hec eſt uera p ſe. Sed in aiabus / q̄ ſunt in purgatorio/nō cadit dubitatio de gloria hñda. Ergo in eis eſt certi tudo. Probatꝰ minor. Q ui pōt dubitare ſe puentuꝝ ad aliquē locū/ pōt ꝯſequēter opinari. Et q pōt opinari/pōt credere/& errare citra utrāq; partē. Sed aiæ tales nō pñt errare. Ergo nō uidetꝰ ꝙ poſſint dubitare. Et p ꝯſequēs/ñ hñt timorē amittēdi beatitudinē. ¶ Præ terea. Dic mihi obſecro. Aniæ q̄ ſunt in purgatorio/ hñt ne culpā mortalē/An gr̄am? Certe dices eas/nō hēre culpā mortalē. Ergo gratiā. Si hñt gr̄am/nō pñt ad infernū deſcēdere. Si nō pñt ad ifer num deſcēdere. Ergo nullomō dubitant. Si nō dubitāt. Ergo ſunt cærtæ de gloria. Si ſunt cærtæ de gloria nō hñt magnum timorē/ — Cōfutatio. ꝯ. cōcluſiōis Probatio. Cōfirmatio Nota. Aiæ in pur gatorio. Alia ꝓbatio Tertia ꝓba tio.

sicut dicis in tua cōclusione: & cōsequēter nō cupiunt suffragium/ ne deficiant in fiducia: Sed ut a penis subleuentur: ut dicit Aug. in in Enchiri. & in sermone de cathedra sancti Petri. ¶ Et q̧ sit ue℞/ q̧ animæ sint cærtæ de sua beatitudine / & q̧ sciant se esse aliquā do liberādas a pænis: patet per Gregorium in .iiii. dialogorum. ubi dicit q̧ quidam in purgatorio existentes/ in grauibus penis/ petie/ runt adiutorium pro liberatione. Patet etiam per illud/ quod dicit in homel. de diuite/ & Lazaro: ubi dicitur q̧ damnati supra se ele/ ctos considerant usq̧ in die iudicii: Immo etiam & post/ secundum quandam opinionem. Si ergo pena illa infernalis est grauior q̄ pe/ na purgatoria/ Et illa non absorbet usum rōnis in dānatis/ q sunt oppressi uerme & desperatione/ & culpa: quanto magis nec ista pæ na absorbebit spiritus iusto℞/ qui fortificati sunt bona consciētia/ & spe/ & diuina gratia. Cærte non uidetur. Ideo dicendum est fra/ ter mi Martine/ pro cōclusione (semp saluo iudicio ecclesiæ uni/ uersalis) q̧ animæ i purgatorio hn̄t cærtitudinem de gloria. & per consequens non possunt deficere in fiducia. nec timorem habent amittendi beatitudinem.

Augu. — Grego. — Concludit.

Rn̄sio ad rōnes Marti/ni Luth.

Nunc Restat resondere ad rōnes tuo℞ argumentorum. ¶ Ad primum/ qn̄ dicit. Si augeretur cærtitudo/ &c. Dicendum q̧ hoc uerum est cæteris paribus. Sed quoniam illa cærtitudo est cum afflictiōe/ & expectationis dilatione. Ideo nō tā uiget ibi cōsolatio/ q̄ afflictio. Attamen nec in ira sua/ continet mi sericordias suas domin⁹. Sed cum irat⁹ est/ misericordiæ suæ reme morat/ & uehemēter afflictos/ aliqua spei cærtitudine/ refocillat.

Ad primam

Ad ɔfirmationem. Duplex si/militudo.

¶ Ad cōfirmationem tuæ rationis dr̄ q̧ duplex est similitudo/ uel simbolum. Vna quæ est uia ad faciliorem trāsitum. Alia est similitu do quæ tn̄ ad transitum non disponit: sicut os similius est ossi q̄ sit humor. Et tn̄ non ita de facili potest conuerti in alimentum ossis. Et de isto modo/ habet ueritatē quod obiicis. Q uia enim difficilior est transitus. Ideo minus potest: immo si nullus est transitus/ nullo modo animæ possunt timere ab igne purgatorii i infernum descē dere. Et quamuis ille status/ sit quo ad penam statui dannatorum magis similis/ q̄ presens status: non tamē inducit timorem. Et q̄uis dicat Grego. q̧. Sub eodem igne purgat bonus/ & punitur malus. Tamen differenter. quia mali absq̧ fine/ & sine spe aliqua euaden di: Boni uero cum fine/ & cum spe liberatiōis: Ideo animæ in pur/ gatorio non posunt deficere in fiducia. ¶ Ad secundum/ quando

Grego. — Ad secundā rationem.

dicitur. Sicut animæ peccatrices. &c. Dicendum ꝙ Ad hoc ꝙ suf/ficienter puniantur. non oportet animas puniri omni genere pæ/næ. Afflictio enim ignis/uel cruciatio doloris/sufficienter punit. ¶ Ad ultimum qñ dr̃/ꝙ Ecclesia clamat ad deum/&c. R̃fidet ꝙ p os leonis/p absorbitatē tartari/& p obscurum. Intelligit' diutur nitas/& acerbitas penarum. Ideo ecclesia clamat ad deum/ut di/gnet' liberarī eas de tanta diuturnitate/& acerbitate penaꝝ. ¶ Et ꝙ per os leonis nō intelligitur potestas diaboli: nec per tartarum nec p obscurum illa pars inferni/in qua cruciantur dānati pecca to mortali. patet per Aug. in quodam sermone in quo loquitur de xp̃i descēsu ad inferos: ubi inter cætera dicit. Quis est ergo iste/q sic intrepidus nostros fines ingredit'. & nō solum nr̃a supplicia nō ueretur: uerum etiam & alios de uinculis nostris absoluit. Ecce ipsi q solebant sub nr̃is suspirare tormentis/insultant nobis de pceptio ne salutis. Certum est āt ꝙ scti patres/qui erāt xp̄o cōiuncti p fidē & dilectionē/non tenebātur astricti uinculis diaboli: nec ab eis cru ciabant'. Tamē dicit Petr' apostolus (ut hr̃ Actuum. ii.) Hunc de' suscitauit/solutis dolorib' inferni. Certe non loquitur hic apostol' de damnatis peccato mortali: qa nō erant mēbra xp̃i. nec ēt de pue ris/q decesserant cum peccato originali: qa nullo mō erāt cōiuncti passioni xp̃i p fidem/dilectionem. Nec etiam de illis q erant in pur gatorio: qa passio xp̃i nō habuit tūc maiorem efficcatiā/q̄ habeat nunc. Et ideo illi qui fuerunt tales/quales nunc sunt illi q in purga torio cruciāt'/liberati nō fuerunt. Ergo loqtur De sanctis patrib' existētibus in limbo/q q̄uis nō sentirent ibi penā sensus. habebāt tn̄ penā dāni (quā semper hn̄t ipsi demōes) inquātum retardabant' a uisione & fruitione dei. quod erat mētis afflictiuum: secundum illud Prouerbioꝝ. xiii. Spes q̄ differt'/affligit animā. Parimodo di co ꝙ ecclesia (ut iā dictum est) nō clamat ad deum/ut liberet eas de ore leonis: & ne absorbeat eas tartar': & ne cadāt in obscuꝝ: tanq̄ timēs eas/uidelicet/aīas ne sint uel cadāt i ppetuis pænis. Sed ꝙ li beret eas de ore leonis/&c. i. de pena purgatoria tā rigida & acer/bissima/quæ dr̃ pena sensus: & de retardatione diuinæ uisionis & fruitionis/q̄ dr̃ pena dāni. & perducat eas ad diuinā uisionē & frui tionē. ¶ Et ꝙ uerum sit/ꝙ animæ in purgatorio p ministerium de monum nō puniāt': nec illas psint adducere ad eternas pænas. Pro/batur duplici ratione. Primo sic. Non decet illum/qui de aliquo iu ste triumphauit/postea puniri per ipsum. Sed animæ quæ sunt in

Ad tertiā. Quid itellgitur per os leonis/& absorbitatem tartari/& p obscurum. Augu. Actuum. ii. Prouer. xiii. Animas in purg. nō puniri ministerio demonū probatur. Primo.

purgatorio/iustitiæ adherẽdo: diabolum uicerunt. Ergo nõ ẽẽt cõ
Scdo. ueniẽs ꝙ punirẽtur ministerio eoꝝ. Scdo sic. Illã pœnã/demões sci
unt indubitãter eẽ ad utilitatẽ eoꝝ q puniuntur. Sed demones non
q̃runt utilitatẽ aiaꝝ/sed dãnum. Ergo uidet̃ ꝙ aiæ i purgatorio nõ
puniunt̃ ministerio demonum. ❡Q̃d' aũt impossibilis sit trãsit⁹ ab
uno statu ĩ aliũ: hoc est a pœna purgatoria ĩ pœnã æternã. patet
Luc.xvi. Luc.xv.c.ubi dr̃. Et in his oĩb⁹/iter nos & uos chaos magnum fir
matum ẽ/ut hi q uolunt hinc trãsire ad uos/nõ possunt: neq̃ inde
huc trãsmeare. Vñ patet ꝙ ad ĩfernum nõ põt descẽdere aiæ existẽ
tes in purgatorio: nec timorẽ hẽnt in illum cadẽdi: sed cærtæ sunt
de gloria paradisi obtinẽda. Ad quã perducat eas Iesus christus/q
est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

❡SEXTA CONCLVSIO.

Sexta ɔclu⁹ q̃ẽ de claui bus & indul gentiis.

SAcerdos nouæ legis declarat & approbat solutio nẽ Dei .i. ostẽdit: & iudicio suo quietat cõsciẽ tiã pctõris/q eius iudicio tenetur credere & pacem hẽre.

Preãbulum. Sed anteq̃ incipiã disputare cõtra hãc cõclusionẽ. Pro ma iori itelligẽtia dicẽdoꝝ: ꝑponã q̃õnẽ in tali uerborum

Vtrũ claues dẽtur solum illis &c. forma. Vtrũ claues apostolicæ/dentur solum illis: q doctrinã simul & uitã apostoloꝝ seruãt? R̃ſidẽt q̃dã huic q̃õni/ꝙ illas claues ꝓmi

R̃ſio. sit dñs Petro & imitatorib⁹ ei⁹. Et i monimẽtũ suæ opiniõis/dicũt hoc Augusti. sensisse ĩ lib. de bapt⁹ paruuloꝝ/ubi ait. Remissionẽ

Aug. pctõꝝ/uel p seipm̃ facit de⁹: uel p colũbæ mẽbra. Dicit ẽt idẽ pctã

Idem. dimitti/uel teneri a sctis. Idẽ sup Exodum ubi de Lamina aurea le git̃. Erat autẽ lamina aurea semp in fronte sacerdotis. Hæc inq̃t si gnificat fiduciã bonæ uitæ: quã q uere/pfecteq̃ nõ significatiõe/

Grego. sed ueritate sacerdos hẽt/solus põt auferre pctã. Itẽ Greg. Illi soli hẽnt i hac carne positi ptãtẽ ligãdi & soluẽdi/sicut scti apostoli/&

Origenes. q illoꝝ exẽpla simul cũ doctrina tenẽt. Itẽ ex dictis Origenis. Hæc ptãs soli Petro cõcessa est & imitatorib⁹ Petri. Nã q̃cunq̃ uestigia Petri imitãtur/hñt rectẽ ligãdi & soluedi ptãtẽ. His aliisq̃ testimo niis innitunt̃: q afferunt ptãtẽ ligãdi ac soluẽdi/illis solis cõcessam sacerdotib⁹/q uita & doctria pollent/sicut apostoli. ❡Absit tãtus

Hierony. error a fidelium cordib⁹. Dicit.n. Hiero. sup illum locum euãgelii/ ubi Dñs dicit Petro. Tibi dabo claues regni cel. &c. Hñt eãdẽ iudi ciariã ptãtem alii apostoli hẽt & oĩs ecclesia ĩ Ep̃is & p̃sb̃ris. (Et bñ dicit. In Ep̃is & p̃sb̃ris: & nõ i mulierculis & rusticis) Sed iõ Petrus specialiter accepit/ut oẽs intelligãt ꝙ q̃cunq̃ ab unitate fidei & so

cietate ecclesiæ se separauerit: nec a pctīs solui/nec cœlū pōtingre di. Q đ' ēt p indignos sacerdotes/trāffundit' grā dignis: Aug. ōſdit I lib. qōnū noui & uete. testamēti/di. Dictum ē a Dño in Nomeris ad Moysen & Aaron sacerdotes. Vos ponite nomē meū sup filios. Ego dñs bñdicā eos: ut grā traditio p ministeriū ordiati trāffundat hoib⁹: nec uolūtas sacerdotū obesse uel pdesse possit: sed meritum bñdictionē poscētis. Q uanta aūt sit dignitas sacerdotalis officii & ordis/hinc aduertam⁹. Dictum ē de neqssimo Caypha iter cætera. Hoc autē a semetipo nō dixit: Sed cum eēt Pōtifex āni illi⁹/pphe tauit. Per qđ ōſditur spū grāꝝ/nō psonā seq digni uel idigni: sed ordinē traditiōis. ut q̄uis aliqs boni meriti sit/nō tñ possit bñdicere nisi fuerit ordiat⁹: ut officii mīſteriū exhibeat. Dei autē ē effectum tribuere bñdictōis. Hæc ē sñia catholica/quā oēs xpiani imitari te nent'. ¶ Sed si aliq scti doctores/repirent' dixisse q non solū sacer dos: sed oīs I quo Xps habitat/bñdictionē pstat: ut dicit Aug. super Leuit. Dicēdū ē q alia ē bñdictio/q̄ solis sacerdotib⁹ cōgruit. Alia q̄ ab oībus bonis cōiter exhibet'. Nec supius/pmissæ auctoritates malos sacerdotes ptātē ligādi & soluēdi/negāt hēre. Sed illos solos dignæ/ac recte ptāte uti significāt: q pditi sunt uita & doctria apo stolica: qa soli ipoꝝ apostoloꝝ imitatores digne/recteq pñt ligare & soluere. Et p dñm tm: uel p sctōs i qb⁹ hītat spūsanct⁹/digne & recte fit remissio uel retētio pctōꝝ. Fit tñ & p illos/q sāctī nō sunt: Sed nō digne uel recte. Dat eñ de⁹ bñdictionē digne poscēti/ēt p idignum ministrum.

Aug.

Caypha.

Aug.

Duplex bñdictio.

His uisis. Nunc argumētat' ɔtra cōclusionē supius positā/ sic. Nō solum sacerdos pctā dimittit/uel retinet/ dum dimissa a deo uel retēta iudicat & ōſdit: Sed ēt p ptātē clauium/re mittit pctm̄ q̄tum ad pœnā. Ergo cōclusio nō est uera. Probat' an tecedēs. Sicut sacerdos nouæ legis se hēt ad sacerdotē ueteris legis. Sic sacrmenta noue legis/ad sacramenta ueteris legis. Sed per sa cramenta nouæ legis/exhibetur qđ' illa demōstrabāt/et significa bāt (q̄uis tu dicas q sacrā nouæ legis dare iustificātē grām ē hrticū. Veꝝ diceres si sacrā darent sicut efficiēs cā pricipalis). Ergo sacer dotes nouæ legis/dant qđ' illi pfigurabāt. Sed illi pfigurabāt i suis actib⁹ remissionē. Ergo uidetur q isti sacerdotes eam tribuāt. Sed nō nisi remissionē culpæ aut pœnæ. Sed nō culpæ/ut patet p sctōs doctores. Ergo pœnæ. Ergo nō tm̄ sacerdos nouæ legis ōſdit: sed ēt remittit. ¶ Præterea. Nihil est in pctōre remittendum nisi uel

Confutatio vi. conclusionis.

Probatio.

Alia pbatio

offensa uel poena. Sed offensam remittit Deus/nō sacerdos: sicut
Ambro. dicit Ambr. Verbum dei dimittit pctā/sacerdos & iudex. Ergo si
poenā solus deus remittit. Videt ergo q sacerdos a nullo pctōrem
absoluat. Falsum ergo dicit sacerdos dicēs. Ego te absoluo ab oib⁹
Tertia pba tio. peccatis tuis. Qd' autē sacerdos falsum dicat/est incōueniēs. Ergo
&c. Itē. Ante usum clauium p solā cōtritionē & ppositum cōfitēdi/
Aug. remittitur pctm: scdm Aug. & Cassiodoꝝ sup ps. Dixi cōfitebor
ps. & tu. &c. Ergo si usus clauium/circa talē aliqd respiciat. hoc non
est nisi ad poenā tpalem. Alioquin nō eēt aliqua ptās. qd' ē falsum.
Ergo &c. ¶ Nā si per ptātem clauium solum nobis remitteretur a
Incōueniēs. sacerdote canōica poena: sequeretur istud incōueniēs/q sacerdos
poti⁹ nos dānificaret/q̄ adiuuaret: qa remitteret ad grauiores poe
nas. s. purgatorii/absoluēdo a poenitētiis iniunctis. Hoc est absur
Aliud icōue niēs. dum. Ergo & id ex quo sequit'. ¶ Praeterea aliud incōueniēs seque
retur. Si p uim clauium nō remitteret' nobis aliqd de poena a deo
taxata. Quid nobis pdesset poenitētia data a sacerdote? Fatēdum
Cōcludit'. est igitur/q nō solum remittitur nobis per uim clauium canonica
poena: sed etiam aliquid de poena taxata a deo.
Multiplici/ter obiicit'. Sed contra multipliciter posses obiicere. ¶ Primo sic. Si
sacerdos euāgelicus remittit poenā: Aut aeternā aut
Primo. tpalem. Eternā nō. Istud cōstat: qa illa iseparabilis ē a culpa. & prae
terea ē infinita. Ergo non pōt remitti nisi a uirtute remittente cul
Cōfirmatio pam/& a uirtute infinita. Nō ergo a sacerdote. Itē nō remittit poe
nā tpalem: qm̄ ad illā ligat. Cōstat q nō ligat & soluit respectu eiusdē. Si tu dicas q absoluit a poena purgatoria: & ligat ad expurga
toriā/uel satisfactoriā. Contra. Poena purgatoria est de alio foro.
Responsio. Ergo ab illa nō pōt sacerdos absoluere. R̄ndeo q concedēdum est.
sed aliter & aliter. Quia ab aeterna nullo mō soluit. a purgatoria
absoluit non p se: sed p accidēs/qa cū in poenitēte uirtute clauium
minuit' debitum poenae tpalis: non ita acriter punitur in purgato
Scdo. rio/sicut si nō eēt absolutus. ¶ Scdo posses obiicere sic. Sup illud.
ii. ad Thim. ii. negare seipm non pōt dicit Glo. Quod faceret si di
cta sua non ipleret. Ergo necesse ē q dn̄s dicta sua impleat. Sed ipse
Deut. xxv. predixit Deuter. xxv. Scdm mēsurā delicti/erit & plagaꝝ modus.
Ergo necesse ita pctōrem puniri sicut meruit. Ergo nō pōt/nec Pa
Responsio. pa/nec aliqs aliquid remittere/nec relaxare. Ad quod dicimus/q
pctm̄ nr̄m satis punitum fuit/qm̄ Christus poenā p nobis subiit/&
suā p nobis poenam exposuit/& nr̄am fecit. Nos sufficiēter indica

mur puniri/ſiue q̃tum ad duplicē ī aīa & ī carne/ſiue q̃tum ad men
ſurā acerbitatis pœnæ. ¶ Tertio ſic. Nullus inferior p̄t abſoluere — Tertio.
a pœna/ad quā ligat ſupior. Sed De⁹ remittēdo culpā/ligat ad aliq̄
pœnā tpalē. Ergo uidet̄ ꝙ nullus poſſit de illa aliqd remittere. Re — Reſponſio.
ſpōdeo. uerū ē ꝙ īferior nō poſſit auctoritate ꝓpria. pōt tñ auctori
tate ipſius ſupioris. Iō argumētū nō ualet. ¶ Quarto obiicere poſ — Quarto.
ſes ſic. Dñs dum remittit culpā/remittit pœnā totā: qa opa ei⁹ ſunt
perfecta. nec obligat ad pœnā/niſi q̃tum exigit ſua iuſtitia. Ergo ſi
aliqs remittit aliqd ulterius de illa pœna/p̄iudicat diuinæ iuſtitiæ.
Sed nullus pōt diuiæ iuſtitiæ p̄iudicare. Ergo nullus de pœna tpali
ad quā obligat̄ pctōr/pōt aliqd remittere. Ad hoc dr̄ ꝙ falſum eſt. — Reſponſio.
Sicut. n. ī baptiſmo p paſſiōis xp̄i meritum & ſolutionē/ſoluit̄ a to
ta pœna. ſicut ſupius ꝓbatum eſt. Ita in pnīa p eiuſdē paſſionis xp̄i
uirtutē ſoluit̄ a pte pœnæ. Ita ꝙ ī nullo p̄iudicat̄ iuſtitiæ. Immo ue
rificat̄ illud p̄s. Miſericordia & ueritas obuiauerunt ſibi. Mīa eñ
ſuprogādo p̄tium iuſtitiæ/ſatiſfacit. ¶ Sed cōtra iſtā ſolutionē poſ — Obiectio.
ſes obſtar̄. Si un⁹ ſacerdos remittit ptē pœnæ. Alius ſacerdos p̄t re
mittere aliā ptē. Et ſic deīceps. Et ſic p̄t totū remitti: qd nō cōpetit
ſcd̄m foꝝ cōem. Rn̄deo/ꝙ prim⁹ ſacerdos cui ɔfitet̄ ſi parat⁹ ē/to — Reſponſio.
tum remittit de ipſis culpis/qd p uim clauium remitti debet. Et nō
hēō ꝓp icōuenīēti. Xp̄s. n. ita plene ſatiſfecit ꝓ pctis nr̄is (ut dictū ē)
ꝙ ſi humiliās ſe ſub ſacro/qd opatur ī uirtute meriti Xp̄i/remittit̄
aliq̄ñ tota pœna. Nō pp hoc dici p̄t/pctm̄ ſine pœna dimitti. Ali⁹ — Incōueniēs.
uero ſacerdos nō remittit. Sed dices. Fruſtra iteꝝ confitet̄. Negat̄
ɔfitia. Et ē rō multiplex. Primo pp bonū obediētiæ. Scd̄o pp humi
litatē: qa debet ſe reputare pctōrē. Tertio pp inſtructionē. Quarto
pp maiorē certitudinē. Quito pp ei⁹ interceſſionē. Sexto pp ueræ
cōdiæ meritū & artā ſatiſfactionē: qa dum hō ē in pñti uita/nō de
bet ceſſare accumulare bōa meritoria. Septio pp grāæ augmētatio
nē. ¶ Vltio poſſes obiicere qd Hiero. ſup Mat. dicit. ꝙ ī remitten — Obiectio.
dis culpis/id iuris & officii hñt eccleſiaſtici ſacerdotes/quod olim — Hiero.
hēbant ſub lege legales in curādis Leproſis. Sed illi nō oſtendebāt
niſi mundatum/ita ꝙ nō mundabāt a culpa/nec abſoluebāt a pœ
na. Ergo ſimiliter & iſti. Rn̄deo ꝙ affirmatiua illa ē uera. ſ. ꝙ ſicut — Reſponſio.
ſacerdos legalis oñdebat leproſos mundatos: ſic ſacerdos euangeli
cus oſtendit pctōres iuſtificatos. Sed negatiua. ſcilicet/ꝙ nō aliter
ſacerdos euāgelicus ſe habeat ad leproſos ſpiritualiter/q̃ ſacerdos
legalis ad leproſos corporaliter. ſ. præciſe oſtendēdo mundiciam.

hinc inde falsa est. Et rõ est/qa non dedit Deus in ueteri lege aliq̃ cerimoniá/uel purificationem: cui ministratæ a ministro idoneo/ assistat regulariter ad mũdãdum lepram corporalẽ. Dedit autẽ in lege noua aliquod sacramẽtum/cui ex pacto regulariter assistit ad mundãdum spiritualiter/nisi impediat obex cõtrariæ uoluntatis.

Opinio au/ctoris. ¶ Quaobrem igitur sequẽdo meá opinionẽ (semper saluo iudicio ecclesiæ uniuersalis) dico ꝙ sacerdos/aliquá partem pœnæ absol uendo dimittit ex ui clauium. Et hoc possum sic intelligere. Quia

Probatio. em̃ uniuersæ uie dñi/misericordia/& ueritas. Ideo ĩ iustificatiõe/ quæ ẽ opus misericordiæ: misericordia sic remittit culpá/ut iustitiæ regulá nõ ꝑtereat. Præterea adhuc detinet obligatũ ad pœná. Illa autẽ pœna/ad rigorẽ diuinæ iustitiæ/est uiribus nr̃is improportio nabilis/& nostræ cognitiõi ignota. & pro illa oportet ꝙ satisfaciat deo. Prouidit adhuc ergo nobis uiam misericordia diuina. & cõsti tuit arbitrum sacerdotẽ. Et illi dedit ptãtẽ arbitrãdi/& taxãdi pœ ná/& manifestãdi nobis: & partem pœnæ remittere ex uirtute paſ sionis Christi/ut diuina iustitia ꝓ illa parte/solutionem ab isto nõ exigat: sed ex passionis Xp̃i pœna sit cõtẽta. Quãta sit illa pœna/ nostrum nõ est determinare: sed dei. Et tunc sacrm̃ pniæ nõ tm̃ erit

Cõcludit. onerosum/sed ẽt fructuosum. Ex oibus istis/patet ꝙ sacerdos euã gelicus/nõ solum possit per potestatem clauium remittere canoni cam pœnam: sed etiam aliquid de pœna a deo taxata.


Ed cũ hæc deciderẽ: A sociis meis. uidelicet/Fra tre Claudio de Pinarolio/& Frẽ Masseo de Fruzascho/cõdiscipulo meo (q me dictante hunc libel lum/necnõ & duo alia sermonum uolumina cõscripsit) ac ẽt a quo di Reuer. Sacræ theologiæ ꝓfessore: rogatus fui: ut ẽt de indulgẽ tiis/siue relaxationib⁹ (cõtra quas: Ipse Martinus Luth. abunde disputauit) aliqd tractarẽ. Idcirco uotis eoꝝ annuens/pro ueritate/ qd sentio circa istas indulgẽtias/cõceptum cordis mei (semp saluo iudicio ecclesiæ) fideliter enucleabo: huiusmõi cõclusionẽ ponẽdo.

Cõclusio circa indulgentias. ¶ Qd relaxatio siue idulgẽtia/nõ tm̃ ualet rõne dati: sed ẽt rõne præcum/& suffragioꝝ ecclesiæ: quæ obligat se ad orãdum ꝓ illo/ q dat aliqd de suo ad fabricá ecclesiæ. Et ecclesia p præces suas me

Probatio. retur ei remissionẽ pœnæ. Probatur ista cõclusio sic. Per præces suas meretur ecclesia alicui remissionẽ culpæ. multofortius remiſ sionẽ pœnæ. probatur. In euangelio ubi habetur de sanatione Pa

Glo. ralitici: dicit Glo. Multum ualet apud deum fides propria/apud

quẽ tãtum ualuit fides aliena: ut hoiem iterius & exterius sanaret. Ergo ꝑ præces ecclesiæ/dimittitur nõ solum culpa: sed ẽt pena peccati. Forte qs dicet. ꝙ hoc intelligendum est de dimissione culpæ/ & nõ de dimissiõe pœnæ. Sed cõtra hoc/sunt multæ auctoritates. Apostolus ad Gal.vi. Alter alterius onera portate: & sic adimplebitis legẽ Christi. Sed onera quæ maxime sunt portãda/sunt onera spũalia. Ergo ꝑcibus suis/põt dimittere pœnã. Præterea. habetur in Daniele ꝙ præcib⁹ eius/relaxata est captiuitas Babilonica.c.ix. Itẽ i Exodo hr̃.c.xxxii. ꝙ præcibus Moysi/dimissa est pœna/quæ debebatur iudeis ꝓ peccato idolatriæ. Vnde Dñs dixit ad Moysen: Dimitte me/ut irascatur furor meus cõtra eos. Et Moyses non dimisit. Præcib⁹ Dauid (ut hr̃.iii.Reg.c.xxiiii) Angelus exterminator dimisit populum. Præcib⁹ ecclesiæ/ceciderunt cathenæ de manib⁹ Petri. In ecclesia eñi oratio fiebat sine itermissione ad deum ꝓ eo: ut hr̃ Actuum.xii. Præcib⁹ sctõꝝ/ceciderũt squamæ ab oculis Pauli: ut hr̃ Actu.ix. Aug. dicit/ꝙ suffragia ecclesiæ nõ tm̃ pro sunt/ut facilior sit absolutio: sed ut tollerabilior sit dãnatio.i. pœna. Idẽ Aug. de prædesti. sctõꝝ: dicit ꝙ orare debemus ꝓ ꝑdestinatis: qa forsitan ꝑdestinati sunt/ut nr̃is orõnib⁹ cõfirmẽtur. Et si cõstaret nobis hoc totum ꝙ eẽnt primum saluati ad nr̃as ꝑces, debe remus utiq̃ ꝓ eis rogare. & fructuose rogaremus/qa ad ꝑces nr̃as saluantur. Idẽ Aug. in lib. de pnia. Credendum est ꝙ oẽs orõnes ecclesiæ/& elemosynæ/& opera iustitiæ/succurrant recognoscenti mortẽ suã ad conuersionẽ. Si ergo opa ecclesiæ ualent. Ergo bona satisfactoria/q̃ sunt i ecclesiastica unitate/ualẽt ad satisfaciẽdum. Ergo uidet̃ ꝙ ecclesia/ad quã spectat hæc distribuere/possit peccatores adiuuare. Et ita satisfactionẽ minuere/ac ꝑ hoc cõdonare & relaxare. Præterea: Christus condonauit multis/nõ solum culpã: sed ẽt pœnã. ut patet i sacra scriptura. Sed deus plenitudinẽ ptãtis reliqt in ecclesia/& ptãtem relaxãdi/& cõdonandi. Paulus apostolus.ii.Corin.ii. Nam & ego si qd uobis donaui/in ꝑsona Christi. Glo. Ac si Christus cõdonasset. Sed si Christus uere cõdonat uere est cõdonatum. Ergo quod donauit apostolus/uere cõdonatum & relaxatum fuit. Sed nõ est minoris ptãtis ecclesia/q̃ Paulus. Ergo &c. His auctoritatibus/euidens est ꝙ ecclesia meretur alicui ꝑ preces suas/non solum remissionẽ culpæ: sed etiam pœne. Ergo cum aliquis dat elemosynã ad fabricã ecclesiæ/dimittitur ei pœna/non solum rõne dati. Sed ẽt rõne ꝑcum ecclesiæ/quæ obligat se ad oran

[Margin notes: Exclusio obiectionis. — Gal.vi. — Daniel.ix. — Exo.xxxii. — iii.Reg.24. — Actu.xii. — Actu.ix. — Aug. — Idem. — Christus. — .ii.Cor.ii. — Glo. — Cõcludit᷑.]

Exclusio obiectionis.
Facere dignos fruct⁹ pniæ est dupliciter
Incõueniẽs.
Bonum obtinem⁹ ex triplici merito.
Aug.
Meritum liberãdi a malo ẽ triplex.
Secundũ triplex meritũ triplex fit penæ condonatio.

dum pro eo. ¶ Si uero aliquis diceret. Ergo euacuabitur hæc auctoritas. Facite dignos fruct⁹ pniæ. Similiter & illa. Aut hõ punit/ aut De⁹ punit. Dicẽdum q facere dignos fructus pniæ/est dupl'r.s. uere/& interptatiue. Et ille dr dignos fructus pniæ facere/q nõ solum p seipm: sed ẽt per suffragium alienum/habet sufficiẽs ptium ad soluendum debitum: qa charitas opa aliena facit sua. maxime qñ charitas alterius/uoluntarie quod suum est/alteri donat. Et si tm̃ istæ relaxationes ualerent in foro ecclesiæ/& nõ in foro dei: ita q deus nõ relaxaret. poti⁹ deceptio/q̃ relaxatio uere iudicãda eẽt. Et potius crudelitas/q̃ pietas dici posset. dum minuẽdo hic pniam/ in futuro ad grauiora traheret supplicia. Ex hoc seqtur/q idulgẽtiæ non solum de iniunctis pœnitẽtiis sonãt: ue℞ ẽt de alia poena. ¶ Et ut melius possit intelligi/q̃liter fieri possit relaxatio. psuppo nendum est/q bonum obtinemus ex triplici merito. s. ex merito pprio/& ex merito capitis/& ex merito ecclesiasticæ unitatis. Et q ita sit: in se manifestum est. qa qlibet meretur sibi p grãm/quã hẽt. Q dˀ Christ⁹ meruit nobis/nemo dubitat/nisi q fide caret. Q dˀ ecclesia mereatur: patet p uerbum Augu. in lib. de pnia/dicentis: q Oẽs orones/&c. Et i eodẽ. Nemo põt digne poenitere/quẽ non sustinet unitas ecclesiæ. Et si meritum ecclesiæ/alicui nõ ualeret: ita q nõ possit aliqs pticipari de merito ecclesiæ. quõ illud psalmistæ dictum eẽt ue℞: Particeps ego sum oĩum timentium te/&c. Sicut ergo meritum obtinẽdi ẽ triplex: sic meritum liberãdi a malo. Meritum. s. pprium. Et hoc est meritum nr̃æ cõtritionis. Et p hoc meremur liberari a pœna æterna: Ita q simul sunt hec duo/sicut in angelis/gratia & gloria. Scdo modo/meritum Christi. Et hoc operatur i sacris/& potestate clauium. Et p hoc remittitur pars poenæ. Tertio mõ/est meritum unitatis ecclesiasticæ. Et per illud adhuc fit remissio. Et sic scdm triplex meritum: triplex fit poenæ cõdonatio: ut sic currat misericordia cum iustitia. & i qualibet est mutatio maioris in minus. Vnde pœna æterna primo mutatur in tpalem in remissione culpæ. Scdo tpalis magna & supra uires i pœnã cõpetẽtem uiribus commutatur in sacerdotis absolutione. Tertio uero cõmutatur poena/ad quã tenetur iudicio ecclesiæ adhuc i minorẽ in relaxatione: & pro alio residuo merita ecclesiæ satisfaciunt/Ita q in nullo piudicatur iustitiæ. Et quãuis danti elemosynam pro cõstructione alicuius templi/relaxatur aliqua pars poenitentiæ. At tamen adhuc tenetur facere dignos fructus pœnitentiæ/propter

tria. Primo propter Icertitudinem. Nescit enim sibi dimissam poe nam illam eē. Nescit enim quãtum prosint illi/suffragia ecclesiæ. Scdo propter omissionem uitandam: quia nisi faceret pœnitētiã/ quam tenetur facere: omitteret/& ita peccaret mortaliter. Tertio propter maiorem & certiorem/ac meliorem satisfactionem: quia magis prodest pœnitentia propria/q̃ aliena. Et nō ualet hæc argu mentatio. Tota illa poena dimissa est ei. Ergo non exigitur iusta estimatio. Quia non dico ꝙ exigatur quãtum ad peccati remissio nem: sed quantum ad tentionē & cærtitudinem. ❡ Quamobrem: pessime prædicant isti prædicatores dicētes. Quicunqꝫ dederit de suo aliquid ad fabricam talis templi/dimittuntur ei omnia pecca ta sua. Nam absoluitur a pena/& a culpa: ita ꝙ si statim decedat/ euolabit ad coelum. Et ad cōfirmationem sui erroris adducunt hu iusmodi rationem. Domin⁹ Papa habet plenitudinem potestatis. Ergo potest facere tantam relaxationem/ꝙ remittatur omnis poe na. Ad quod Respondeo & dico ꝙ habet hãc potestatem/ut faciat (exempli gratia) cruce signatos/participes omnium suffragiorum ecclesiæ: sed nō habet hanc potestatem: ut istum/qui est pœnæ de bitor/faciat euolare sine solutione pœnæ. Immo necesse est/ꝙ su scipiat de manu Domini duplicia. & ꝙ faciat dignos fructus pœni tentiæ. Sed intelligitur facere pænitentiã si uel ipse/uel ecclesia fa ciat pro eo: sicut Dominus Papa non potest facere quin usurarius cruce signatus/restituat quod habet de usura ad hoc ꝙ peregrina tio sit ei utilis. Sicut enim dicit Iob. Non indiget Deus nostro men dacio: ut pro eo loquamur dolos. Sic nō indiget nostro auxilio/ut pro eo faciamus dolum/uel rapinam. ❡ Heu proh dolor (sicut expe rientia me docuit) uidi maximum abusum i diuersis partibus chri stianitatis istarum ueniarum. Nimis longum esset enarrare omnes abusus dictarum indulgentiarum. Sed tantummodo unum tan gam. Vidi enī & audiui istos maledictos non dicam prædicatores/ sed prædones: multas extorsiones a populo christiano exigere. Vi duas spoliantes/dantes eis absolutionem a culpa & a pœna: lon gas/& largas benedictiones. Talibus cōminatus ē Christus. Vhe uobis hypocritæ/qui comeditis domos uiduaꝝ lōgas oṙones oran tes. Postquã isti maledicti cum eorum indulgentiis depredati fue rint pauperculos idiotas/Aliqui Episcopantur: & postquam Episcopati fuerint (ut ita dicam) ordinant asinos. Aliqui autem ex eis currunt per tabernas/ludentes ad taxillos/& ad cartulas.

Fructus di/gnos pniæ debet facere propter tria

Pessime pdi cant aliqui bulistæ.

Responsio.

Iob.

Abusus in/dulgentiaꝝ

Inuectiua. cōtra malos bulistas.

Alii uero tenent concubinas. Et alii ditant suos cōsanguineos. Ca
Admonitio. uete cauete O christicolæ ab istis maledictis hypocritis: q utinam
pdicarēt uenias/quæ qdem malæ nō sunt & noxiæ/qñ dantur ab
Martinus Luthe. ecclesia: sed abusus puersus eap ut ipsemet Martinus Luther⁹ fa
tetur. Sed prædicant mendacia/& nulla ueritas fere exit ab ore ip
Inter cetera mendacia. sop. Inter autē cætera mēdacia/quæ solent dicere qñ a christianis
interrogantur/Vnde assumunt tales indulgentiæ? Dicunt q sunt
ex abundātia meritop/quæ ultra mēsuram demeritop suop/san
.i.Cor.iii. cti sustinuerunt Xpi. Contra quos sic eloqtur Paulus.i. Corin.iii.
Vnusqsq recipiet ppriā mercedem scdm laborē suum. Idem dicit
Gal.vi. ad Gal.vi. Vnusqsq onus suum portabit. Quæ eñ seminauerit
ii.Cor.v. hō: hæc & metet. Et.ii.Cor.v.etiam inquit. Oēs eñ nos manifesta
ri oportet ante tribunal Christi: ut referat unusqsq ppria corpo
ris put gessit/siue bonum/siue malum. Et tanto magis q merita
sctōrum sunt ultra cōdignum remunerata a Deo: ut dicunt sacri
Theologi. et sic exausta. Qua ex re ego dico (saluo iudicio eccle
Solū ex merito passiōis Xpi dātur indulgentiæ. siæ) ueniæ solum dantur ex merito Christi/& passionis eius: cuius
minima gutta sanguinis uel sudoris/sufficeret ad expiationē oium
pctōp/quæ unq̄ fuerunt perpetrata/& perpetrabuntur: qa ei⁹ re
spectu nihil sunt oia: ut in.c.dānamus/circa finem. de summa tri.
Quia uere dolores nrōs ipse portauit. ¶ Etiam prædicant q existē
Indulgētie: quō ualent existētib⁹ in purgatorio. tibus in purgatorio ualent indulgentiæ. Si hoc uelint intelligere.
q ualeant q̄tum ad auctoritatem iudicādi/ita q ecclesia iudicādo
relaxet eis pœnas/pessime intelligunt: cum illi iam exierunt fop
ecclesiæ/& ecclesiasticum iudicium. Et plus dico q relaxatio non
tm̄ dicit iudiciariā absolutionē/quæ non se extendit ad existentes
in purgatorio: uep etiam dicit aliquā cōmutatiōem in pœnā aliq̄/
uoluntarie assumptā/& cum deuotione: sicut uidemus in oib⁹ indul
gentiis fieri: Hoc autē non pōt esse quantum ad eos q sunt in pur
gatorio/quia sunt extra statum illum/in quo posset eis persuaderi
¶ Vbi est q non pmittantur ecclesiam ingredi/& ingressi canes deiiciãtur? ne habeãt stercorizare/aut mingere/uel clamare i tem plo Dei/quod nõ est cõstructum nec factum pro canibus: sed p fidelibus. Tamẽ (ut experiẽtia nos docet) Alicubi ecclesiæ/mane citius replentur canibus q hoibus. ¶ Vbi est et q seculares non permaneant cum diuina cælebrantur apud altare: sicut præcipitur de conse. dist. ii. c. sacerdotum. ubi sic dicitur. Nulli laicoꝝ liceat in eo loco ubi sacerdotes & clerici consistunt quod psbyterium uocatur qñ missa cælebratur cõsistere. Et rõ huius é in eo. c. ut libere & honorifice possint celebrare diuina. Sed nunqd uidemus singulis diebus/seculares & pueros cum missa celebratur pmanere ante faciẽ sacerdotis quasi retro altare unum genu flectẽtes & alteꝝ sursum tenẽtes/sicut unus canis uolens mingere contra parietem: uel confabulantes/ridentes/& mouentes labia sicut una simia: perturbãtesq sacerdotem. Et unde pueniunt ista/nisi ex defectu malorum sacerdotum: qui dummõ suum possint ipinguare uentrẽ/mulãq/habere & concubinam: de cæteris quæ Dei sunt/non curant.

Canes nõ pmittant' ingredi eccle siã/aut igressi deiiciant'.

¶ VBI est hodie illud Calcedonẽs. concilii: Monachi tãtummõ intenti sint ieiuniis/& orõnibus/i locis ubi renunciauerint seculo? nec illicitis / uel secularibus negociis propria monasteria deseren / do / insistant? Et maxime quid opus est monachos aduocati: cum infiniti seculares hodie studeant in facultatibus litium: iuris. s. et le gũ ciuiliũ. Q uod licitũ é eis. Sed nõ clericis & monacis: sicut uult. B. Hiero. scribẽs ad quẽdã suum Leuitã/de duob' gñibus hoium. & habetur. xii. q. i. c. duo sunt. ubi dicit'. Duo sunt genera christianoꝝ. Est autem unum genus/quod mancipatum diuino officio/&

Mõachi tãtũ modo intẽti sint ieiuniis & orõnibus

Hiero.

Duo genera xpianorum

Primum

deditum cōtēplationi/& orōni: ab omni strepitu temporalium cessare cōuenit: ut sunt clerici/& Deo deuoti. uidelicet/conuersi. Cleros eñ græce/latine sors. Inde huiusmodi hoies uocantur clerici idest sorte electi. Oēs enim deus in suos elegit. Hi nāq3 sunt reges. idest alios in uirtutibus regētes. Ita in deo regnum habent. & hoc designat corona in capite. Hāc coronam habent ab institutiōe Romanæ ecclesiæ/in signo regni/quod in Christo expectatur. Rasio uero capitis/est tpalium oium depositio. Aliud uero genus est christianoꝝ/ut sunt laici. Laos. n. græce/est populus latine. His cōcessum est uxorē ducere: terrā colere: inter uirum & uiꝝ iudicare: causas agere: oblatiōes sup altaria apponere: Decimas reddere: & ita saluari poterunt: si uitia tñ benefaciendo euitauerint. ❡ V B I est ꝙ non liceat Epō a sua ecclesia plus tribus hebdomadis abesse?

Quid denotat corona ī clericis.

Scdm gen⁹ xpianoꝝ.

❡ V B I est ꝙ personæ ecclesiasticæ siue clerici/aut prælati/non exerceant officium uenationis clamosæ/quæ fit cum canibus/& clamoribus/& tumultu?sicut habetur. extra de clerico uenatore. c. oībus. Et ut dicit glo. lxxxvi. di. c. qui uenatoribus. Etiā propter paupertatē non est licita uenatio: quia aliunde debet q̄rere sibi uictum/ut per agriculturā. xxi. dist. c. clericus: Venatio autē quæ fit sine clamore & sine canib⁹/ut ponere laqueum/& rethe/& hmōi: bene est licita clericis. de conse. di. v. c. nunq̄. In. c. uero. i. extra ne clerici uel monachi. dr̄ ꝙ Epi/& alii clerici nō debēt tenere canes/& accipitres ad uenandum. Idē dr̄. xxxiiii. dist. c. quorundam. & lxxxvi. di. c. An putatis. & extra de censibus. c. cum apostolus. Extra uero de clerico uenatore. c. oibus/dicitur. Oībus seruis dei/interdicitur uenatio. Glo. i. clericis/q dicuntur serui dei: quia assumpti sunt ad dei obsequm. extra de ꝑbendis. c. cum serui. & . xxi. di. c. cleros. Et. xxxiiii. di. c. oibus ētdr̄. Oībus seruis dñi: uenationes/& siluaticas uagationes cum canibus: & ut accipitres/aut falcones habeāt interdicimus. Et eadē di. c. Epm/dr̄. Epm/præsbyteꝝ/aut diaconum/canes ad uenandum: aut accipitres. aut hmōi res/habere non licet. Q d' si qs talium ꝑsonaꝝ/i hac uoluptate sepius detentus fuerit: si Eps/tribus mēsibus a cōione suspendatur. Diaconus uero/ab omni officio & cōione/suspendatur. hæc ibi. Peccant igitur grauiter/oēs personæ ecclesiasticæ tenētes canes/accipitres/uolucres rapaces/ad uenandum. Vnde Hiero. in ps. lxxxii. & habetur. lxxxvi. di. c. Esau. ait. Esau uenator erat/q̄m peccator erat. Et pœnitus non inuenimus in scripturis sanctis/sanctum ali

Officiū uēationis clamosæ non exerceant clerici & prælati.

Propter paupertatē nō ē licita clericis uenatio.

Pœna qua puniri debet clericus uenator.

Hiero.

quem venatorem. Piscatores vero invenim⁹ sanctos. Et ideo Aug. (ut habetur. lxxxvi. di. c. qui.) inquit. Qui venatoribus donant: non hoibus donant: sed arti nequissimæ. Nam si homo tm̄ esset/ & venator non esset: non ei donares. Honoras in eo vicium nō naturam. Et ut habetur eadē dist. c. vident. Idem Aug. ait. Vident homines venatores/ & delectantur. Vhe miseris/ si se nō correxerint. Qui enim vident venatorem & delectātur: videbunt Salvatorē/ & tristabuntur. Ad ꝓpositum. ¶ V B I est ēt nunc ꝙ notori symoniaci/ sint suspensi ab ordinibus & beneficiis symoniace susceptis. i. q. i. c. Statuimus. & etiam. c. de cætero. ubi dicitur. De cætero statuimus/ ut si quis in posterum ab eo quē symoniacum esse nō dubitat se cōsecrari pmiserit/ & cōsecrator & cōsecratus nō disparem dānationis sniam subeant: sed uterq; depositus/ pœnitētiā agat/ & privatus/ ꝓpria dignitate psistat. hec ibi. Tales eñ. s. cōferētes ordines/ vel bñficia/ & officia ecclesiastica: & illa recipientes p symoniam: si sunt clerici/ deponi debent: & privari omni officio/ & beneficio (sicut dictum est) si convincantur de hoc i iudicio ecclesiæ. Si autē sunt layci/ ut mediatores symoniæ/ debent excōicari. i. q. i. c. si quis Ep̄s. Efficiuntur ēt infames: & qlibet criminosus admittit̄ ad accusationē eoꝝ. extra de symo. c. tāta. &. c. si dn̄s. Sciēdum est ēt ꝙ hodie oēs symoniaci tam vendentes/ q̄ ementes: tam principales/ q̄ fautores: tam notorii/ q̄ occulti: ipso facto/ sunt excōicati. ut patet p extravagantem Martini qnti in cōcilio cōstāciēsi/ factam: q̄ incipit/ Multæ. Et p aliā extravagātē eiusdē q̄ incipit. Dānabile scælus. & fuit facta Mantuæ. In qbus ēt dr̄/ ꝙ ordinati symoniace ipso facto sunt suspensi ab excutione suoꝝ ordinum. & electiones/ aut cōfirmatiōes/ & quævis ꝓvisiones factæ symoniace/ sunt ipso iure nullæ: nec ꝓmoti/ aut cōfirmati faciunt fructus suos: sed ad restitutionem tenentur tanq̄ iniuste ablattarum. Et idem cōfirmavit Eugenius. iiii. in alia extravaganti/ quæ incipit. Cum detestabile. Pecunia etiā recepta per symoniam/ retineri nō pōt: sed restitui debet: nō ɔferēti/ qa turpiter dedit: sed debet' paupib⁹ erogari: vel illi ecclesiæ in cui⁹ iniuriā data ē applicari. & hoc in oi symōia. Sed symoniacus quo ad bñficia curata/ vel simplicia p symoniā recepta/ ꝑdit fruct⁹: qa nō pōt recipere: & receptos tenet̄ restituere/ deductis expēsis factis in utilitatē ecclesiæ/ & grā fructuum colligēdoꝝ. Et hoc qa fur est & latro in tali bñficio. Heu paupcula mater ecclesia: quot lattrones patit̄: quot raptores/ quot assasinos/ occupā

Aug.

Idē Aug.

Hic agit̄ cō tra symoniacos.

Pena q̄ puniri debēt symoniaci.

Martinus Papa. v. In ɔcilio cōstantiensi.

Euge. Papa quartus.

tes indigne sua munera: & bona detinētes? ¶ VBI est ergo nunc q officia ecclesiastica & bñficicia: pecunia nō obtineātur? ut nihil p ordinatiōe/uel pallio/uel pastillo. nihil p ecclesiastica dignitate acqrenda detur/aut accipiatur. c. v. Epistolæ tertiæ Grego. ¶ De

Grego. ordinatiōib⁹ eũ hr̄. i. q. ii. c. Sicut. & sunt uerba Grego. in registro. Sicut epm nō decet manum quā imponit uēdere. Ita minister/uel notari⁹/nō debet in ordinatione ei⁹ uocē suā/uel calamum/uenundare. Is autē q ordinat⁹ fuerit si nō ex pacto neq̧ exactus/ac petit⁹ post acceptas cartas/& palliū offerr̄ aliqd cuilibet ex clero grāe tm̄ mō cū uoluerit. hoc accipi nullo mō ꝓhibem⁹: qa eius oblatio nullā

Grego. culpæ maculā igerit: q nō ex ambientis petitiōe ꝓcessit. Et. i. q. i. c. de ordinatiōib⁹ dr̄. & sunt uerba eiusdē Grego. scribētis Ioāni Corinthioꝶ Epo. De ordinationib⁹ aliqd accipe sub districta interdictione decreuimus. Oportet ergo/ut neq̧ p donum: neq̧ p grām: neq̧ p quorundā supplicationē aliquos ad sacros ordies cōsentias/uel pmittas adduci. hec ibi. Nā dr̄. i. q. i. c. qui. Qui p pecuniā quēq̄ cōsecrauerit/uel ab alio consecratus est: a sacerdotio sit alien⁹. Itē

Gre. nazan. Grego. Nazanzenus: ut hr̄ ibidē. c. q studet: ēt inqt. Qui studet donum dei ꝓcio mercari: in sacro ordie nulla rōne de cætero pmanere/aut reuocari posse/dubium nō est. Talis a cōione modis oībus/abscindatur. Nā sancti spiritus donum/ꝓcio cōparari: qd aliud est. q capitale crimen & symoniaca heresis? qd' q detestabiliter i utroq̧ testō/uidicatum sit: multoꝶ exēplis facile apparet. Giezi grām sa-

Exempla. nitatis Naaman syro uendidit. Eādē grām sanitatis Eliseo uindicatæ/leprosus factus/amisit. Iudas oīum redēptorē uendidit. mox laqueo suspensus/eādē redēptoris gratiam/non obtinuit. & merito quia nemo pōt retinere/quod uendidit. Symon ēt magus cum eandem gratiam spiritussancti emere uellet/dānationis suæ sniam a Petro audiuit. Pecunia tua tecum sit in perditionem: quia donum Dei existimasti pæcunia possideri. Dominus etiā ut uendentes & ementes huius gratiæ expertes ostenderet/cunctos peccatores in templo dimisit/singulariter uēdentes & ementes increpans/& flagellans/de templo eiecit. In quo uēditores & emptores suos/gratia sancti spiritus constat destitutos esse & uacuos. Quos. n. Christus eiecit de tēplo: nunqd' sp̄s Christi faciet sibi tēplum? hæc ille.

Grego. Immo maius dico. q symoniacus ꝓbatur esse infidelis: p Grego. in

Simoniacus regist̄ro. & hr̄. i. q. i. c. cum oīs. ubi dicit. Cum oīs auaritia/ydoloꝶ

q̄si infidelis. sit seruitus: quisqs hanc maxime in dādis ecclesiasticis honoribus/

uigilãter nõ præcauet: infidelitatis pditioni subiicitur: et si tenere fidẽ quã negligit/uideatur. hæc ille. Symoniacum uero esse hereticum facillime probamus. Nam symonia/heresis dr̃ scdm exteriorem ptestationem: qa in hoc q aliqs uendit donum spiritussancti/ quodãmõ ptestatur dñm spiritualis doni: quod ẽ hrticum. Qui.n. dat bñficium pcio: q dat sacrm aliquod/siue cõfessiõis/uel eucharistiæ/&c. q orat/pdicat/& hmõi: uidetur ptestari i facto se illo dñm/ac possessorẽ. Et ideo libito suo posse alienare/tãq sibi subiecta: & ei seruituti redacta. Vñ.i.q.i.c.eos. Tolerabilior ẽ macedonii/& eo q circa ipsum sint scãispũs ipugnato impia hrsis: q symoniaco. Illi.n. creaturã & seruum dei prĩs/et filii/spm̃ scm̃ delirãdo fatent. Isti uero eũdẽ spm̃scm̃ efficiunt seruũ suũ. Ois.n.dñs qd hẽt/si uult uẽdit/siue seruũ/siue aliqd aliud eo q possidet. hec ibi. Et ibidẽ.c.pbyter. Spm̃ scm̃ emere uel uẽdere: symoniacã heresim eẽ/null fideliũ ignorat. et.c. Cũ liqat/dr̃. Hãc heresim ante oia/radice pestifera subrepisse: atq i ipa origine sua/apostolica eẽ detestatiõe dãnandã. hec ibi. ¶Q aũtẽ sit symoniac/ille q præbendas/ecclesias/Epatus/& alia bñficia/ac officia ecclesiastica/ uendit uel emit: pbatur p multa dicta scõ patrum/q hñtur in decreto. Nã dr̃.i.q.ui.c.si qs. Si qs dator uel acceptor/dei ecclesias/ uel ecclesiastica bñficia/sub pecuniæ interuẽtu susceperit/siue dãdo emerit/siue accipiẽdo uendiderit: a symoniaca non excluditur perditione. Sed si perseuerans fuerit/perpetua mulctetur damnatione. Nam qui sub religionis obtentu/deo famulari uoluerit: si quid acceperit/& meritum pdit/& beneficio accepto frustratur. Rationis ergo uigore/cogitur quod iniuste recepit restituere: & quicquid turpis lucri gratia acceperat/non tenere. Et ibidem.c. Si quis episcopus/etiam dicitur. Si quis Eps præbẽdas/archidiaconatus/præposituras/uel aliqua officia ecclesiastica/uẽdiderit: uel aliter q statuta scõ patrum præcipiunt ordiauerit: ab officio ecclesiæ suspendatur. Dignum est eñ/ut sicut gratis episcopatum accepit: ita membra eiusdẽ episcopatus gratis distribuat. Grego. quoq (ut habetur.i.q.ui.c.ego.) ait. Ego autem uestræ dilectioni prouidens. & meæ animæ omnipotẽtis dei iudicium ptimescẽs eiusdẽ maximi causas subtiliter exquiri desidero/si in illis sis criminibus præssus/quæ sacro ordini contradicunt: si nõ per symoniacam heresim.i. premia quibusdam se eligentibus pbendo/ad sacerdotale pertingere conatur officium. Tunc enim liber p uobis apud deum

Symõiacus est hrticus.

Emẽtem dignitates ecclesiasticas eẽ hrticum probatur.

Grego.

intercessor erit/si nō obligatus/de suis ad locum intercessionis ue nerit. Et.i.q.iii.c.Si quis/dicitur. Si præbēdas/uel prioratum/seu decanatum/aut honorem/uel promotionē aliquā ecclesiasticam/ seu quodlibet sacrm ecclesiasticum: ut puta crysma/uel oleum san ctificatum/& ɔsecratiões altarium/uel ecclesiaꝝ/execrabili ardo re iteruenięte auaritiæ/p pecuniā acqsierit: honore male acqsito/ careat. Et emptor/atq; uenditor/& iteruentor nota infamiæ pcel lantur. & nec pro pastu/nec sub obtētu alicuius ɔsuetudinis/ante uel post aliqd exigatur/uel ipse dare psumat: qm hoc simoniacum est. ¶ Sed heu prohdolor. qd dicā hodiæ: de quibusdam ecclesiæ prælatis? Aperiant q sciunt oculos mentis: & uideant si hodiernis tpibus/ cōiter beneficia obtineantur per dominam Symoniam? Certe si bene respicient/ cognoscent ꝙ sic. Experientia docet. Di citote mihi o ueri Christicolæ. Quæ est causa ꝙ aliquis bonus sa cerdos: aliquis bonus clericus/ēt quātumcunq; doctus & pitus nō pōt obtinere aliquam dignitatem ecclesiasticā: immo unā minimā bullam/siue breue/nisi pecuniā offerat? Et unde uenit ꝙ coqui do minoꝝ/uenatores/pueri / luxuriosi/spiritualium ignari/lusores/ concubinarii/trippe grassæ(ut ita loquar)plura obtinent(contra deum & conscientiā) bñficia? impetrant epatus/cardinalatus? nisi qa per hec dona & munera/p amicitias/ largiuntur ipsa beneficia ecclesiastica. Certe nō obseruantur pdicta ecclesiæ statuta. Profe cto nō seruatur hodie illud Hieronymi i Micheā/di. (& habetur i.q.i.c.hi quoscunq;)Qui ad hoc eliguntur/ut ceteris psint: sicut pordinantur dignitate: sic peminere debent sanctitate. Alioquin cur ceteris preferuntur/q nulla meritoꝝ gratia a ceteris assumun tur? hec Hiero. Olim plures sancti(ut patet de. B. Ambrosio/Ni colao/Bernardino/& de pluribus aliis)ex humilitate/fieri renue bant Epi & plati. Et nō solum dignitates nō ambiebāt: sed nec se ad illas puenturos cogitabāt. Nunc uero totum fit oppositum. Vi demus.n.ꝙ ppter bñficia/epatus/priorat⁹/fiunt multæ lites/mul ta bella/iurgia: multi discursus p curias pricipum/dñoꝝ/& plato rum. Currunt cursores seu legati uersus Romā/auro & argēto bñ fulciti/p Epatib⁹ & bñficiis obtinendis. Et qm tales aliunde q̄ per ostium i ouile ingrediunt. Ideo pmittēte deo: foris ostēdunt: quod intus hñt: qa mercēnarii & nō pastores/factis cōprehēduntur: pa scētes semetipos: nullā fere curā de ouib⁹ dñi gerētes: sed eas tabe/ cōsumi desinunt. Et q lactantes eē deberēt: steriles fiunt/& cupiti

Logubris ex clamatio & i uectiua ɔtra aliquos præ latos.

Hierony.

gine plenæ. Hi q̄ sua sunt q̄rentes/sibi ɔstituunt p̄sbyteros curam aiaꝝ gerētes/qui lactantes esse debēt morib⁹/& doctrina: steriles sunt/indocti/rudes/uix legere sciunt: inculcant uerba legēdo. qui moꝝ sacrarium eē debēt: publici fornicatores/dom⁹ coꝝ recepta cula mulieꝝ miseraꝝ: miseria uitioꝝ. Libros quos habēt ad erudiē dos populos sibi subditos/hi sunt. Balista sagittis ornata/ensis/ clipeus/galea/lancea/pillæ ferreæ/cartulæ/taxilli/& huiusmodi.

Nunquid uult modo uerbum illud eē uerum .s. beati Hieronymi (q̄ qui clericos audierit/ambæ eius aures tinniāt). Veteres inq̄t scrutans scripturas: inuenire non possum scidisse ecclesiā: et de domo dei populos seduxisse: p̄ter eos/ q̄ sacerdotes a deo positi fuerāt/& ꝓphetæ. Et Chrysost. sup illud Mat.xxi. Et itrauit Iesus tēplum: ait. Sicut templo omne bonum egreditur: Ita & de tēplo oē malum ꝓcedit. Si .n. sacerdotium integrum fuerit: tota ecclesia floret. Si autē corruptum fuerit: oīum fides & uirtus marcida est. Sicut cum uideris arborē pallētib⁹ foliis: intelligis q̄a uicium habet in radice. Sic cum uideris populum indisciplinatum: sine dubio cognosce/q̄a sacerdotium ei⁹ nō ē sanum.

Hierony.
Chrysost.
Mat.xxi.
De tēplo oē bonū & oē malū ꝓcedit

¶ Vbi ē forte pp hoc deuotio & obediētia inferioꝝ: defensio militum: pax principum xp̄ianoꝝ/ad finē: ut inter se concordes/impugnent scismaticos/& infideles/recuperādo terrā sanctā/uidelicet/ sepulchrum Christi dn̄i nr̄i: nec nō & alias regiōes christianoꝝ ab ipsis infidelib⁹ detentas? ¶ Sed nunq̄d hodie oēs sacerdotes dn̄i/& prelati/in antedictis & post dicēdis/culpabiles sunt malis? Absit. Sed tn̄ dico q̄ pauci sunt/& pauci repiunt̄ nunc boni episcopi/ac/ boni p̄lati/boniq̄ sacerdotes. Vn̄ B. Hiero. de ep̄is scribit ad Heliodorum dicens. Nō oēs episcopi/sunt episcopi. (glo. nō oēs ep̄i uoce sunt ep̄i re) Attende Petrum: sed iudā cōsidera: Stephanū suscipe. Nicolaum respice. Nō facit ecclesiastica dignitas xp̄ianum. Cornelius cēturio adhuc ethnic⁹ dono spūssancti mundat̄. Presbyteros Daniel puer iudicat. Nō est facile stare in loco Petri & pauli .s. tenere locū iā cum xp̄o regnātium. Infatuatū sal ad nihilum ꝓdest nisi ut ꝓiciat̄ foras & a porcis cōculcet̄. Idē. Nō tenera uestis facit clericū/aut sacerdotē: sed casta mētis intētio. Et .xl. dist. c. nō est dr̄. Nō est facile stare in loco Petri & Pauli: & tenere cathedrā regnātiū cū xp̄o: q̄a hinc dr̄. Nō sctōꝝ filii sunt/q tenēt loca sctōꝝ: sed q exercēt op̄a coꝝ. Chryso. quoq̄. ut hr̄. xl. dist. c. multi. de sacerdotib⁹ inq̄t. Multi sacerdotes/& pauci sacerdotes. multi noīe:

Pax pricipū
Terrā sctām
Hiero.
Idem.
Nō sctoꝝ filii sunt q tenēt loca sanctoꝝ.
Chryso.

& pauci in ope. Videte ergo fratres/quomõ sedetis super cathedrã nõ cathedra facit sacerdotẽ: sed sacerdos cathedrã. Nõ locus sanctificat hoiem: sed hõ locum sanctificat. Nõ ois sacerdos sanctus/ sed o.s sctũs est sacerdos. Qui bñ sederit sup cathedrã/honorẽ accipit cathedrae. Qui male sederit/iniuriã facit cathedrae. Ideoq; malus sacerdos de sacerdotio suo crimẽ acqrit nõ dignitatẽ. In iudicio eñi tuo sedes. si quidẽ bñ uixeris/& bñ docueris/populum instruis. si bñ docueris/& male uixeris: tui solus cõdẽnator eris. Nã bñ uiuẽdo/& bñ docẽdo: populũ istruis quomõ uiuere debeat. Qñ aũt docẽdo/& male uiuẽdo: deũ istruis quomõ te debeat cõdẽnare. hec ille. Itẽ. B. Ambr. in sermone hito in dñica de Abrahã. & hr. xxii. q. v. c. cauete. ẽt ait. Cauete frẽs mẽdaciũ: qa oẽs q amãt mẽdacium/ filii sunt diaboli. Nõ solũ in falsis uerbis/sed ẽt i simulatis opibus/ mẽdaciũ ẽ. Mẽdaciũ nãq; ẽ se xpianũ dicere: & nõ facere opa xpi. Mẽdaciũ est/epm/sacerdotẽ/uel clericũ se pfiteri: & cõtraria huic ordini opari. Immo mai⁹ dico/q plures sunt (uideri meo) uiri q dñr ecclesiastici: q metu ignis/ore tm̃ cõfitẽt xpm: corde uero & ope abnegãt. A fructib⁹ eoꝝ cognoscetis eos. Nã ait Amb. Ille uerã fidẽ habet/& uere credit: q exercet opando qd credit. ¶ Iteꝝ ad qd expedit: aut qd utilitatis ecclesiae cõfert tam magnifica pricipum gloria? & tam supflua platoꝝ & Cardinalium põpa: ut quasi se hoies esse nescire faciãt? ¶ Et q utiq; abominatio q unus tenet ducẽta: alter trecẽta bñficia ecclesiastica? Cum nõ possit qs hẽre plura beneficia, qñ unum sufficit ad uitã bñficiati/sine pctõ mortali. prout dicit glo. in. c. dudum. el. ii. de elect. Secus uero si collata sibi eẽnt/ nõ ratione sui: sed ppter utilitatem beneficiorum: ut qa est homo industriosus/& bonae consciẽtiae/ac bonae uitae. ut notat in. c. cum iam dudum. de pben.

Locus non sctificat hominem. *Mal⁹ sacerdos de sacerdotio suo crimen acqrit.* *Ambro.* *Mẽdacium ẽ i falsis opibus.* *Ambro.* *Põpa platorum.* *Sine peccato nõ põt qs habere plura beneficia*

Sed forte posset aliqs qrere. Vtrum hẽns plura bñficiã/ qñ unum sufficit/excusetur p dispensationẽ? Rñ. Panor. in. c. dudum q sic/quo ad ecclesiã militantẽ: sed nõ est tut⁹ quo ad ecclesiã triumphãtem: ẽt dispensatus p Papã: qñ dispensatus est ppter se ad suã utilitatẽ: qa i hoc casu nõ solum alteratur iuris positiui dispositio: sed ẽt Xpi pñmonium iniuste dispergitur. Cũ ergo Papa nõ possit sine cã alienare bonũ ecclesiae/sine graui pctõ: ut dicit Arch. xii. q. ii. c. nõ liceat papae. Ergo multominus/nõ põt dare licẽtiã alteri ipm dispgẽdi. ut. in. c. nup. de testi. do. post di. Et sic cõuincitur rõ. Inno. in. c. cum ad monasterium de statu monia. qa hic

Vtrũ habẽs plura bñficia qñ unũ sufficit excuset p dispẽsationẽ. *Rñsio.* *Panor.* *Innocen.*

non solum violatur ius positiuum: sed potius diuinum. Hoc idem tenet Hostien. quē sequtur Io. and. Nota ēt ꝙ hēre plures pbēndas absolute/cōsiderandum est qd de se inordinatum: utpote qa qs nō pōt in diuersis ecclesiis deseruire/qbus quasi ꝓ stipēdio pbendæ ordinatæ sunt/ut ministrantib⁹ in eis dentur. Est ēt diminutio diuini cultus. unde unus loco plurium ɔstituitur. Est ēt inæqualitas: unde unus hēt multa bñficia: & alius non pōt hēre unum. Continet & aliquādo defraudationem uoluntatum testatoꝝ: q ut cert⁹ numerus deseruiētium deputaret/talia cōtulerunt. & multa alia. Et nisi aliqua circunstātia supueniat/quæ remoueat totaliter inordinatio nē ei⁹: nunq̄ erit sine pctō mortali: sicut nec homicidium pōt fieri ēt cum dispēsatione: nisi habeat circūstantiā/q̄ remoueat ei⁹ inordinationem. Aduerte tñ ꝙ est tm̄ triplex cā/siue circunstātia/quæ pōt remouere talem inordinationem: ita ꝙ dispēsatio sit legitima: & tutus dispēsatus. Prima necessitas. puta qa plures nō inueniuntur idonei. Scda/utilitas ecclesiaꝝ/& eoꝝ quibus præsunt. Tertia prærogatiua meritoꝝ. Nec ualet consuetudo scdm Panor. in. d. c. dudum. & iura/siue glo. quæ dicunt ualere/intellige ꝓ necessitate: uel utilitate bñficiorum/uel prerogatiua meritoꝝ: puta quia plus ualet absens: q̄ alius præsens. uel pro potentia retinendi plura beneficia simplicia: sed non ut fructus lucrifaciat sibi ad utilitatem priuatam/uel ad augēdum patrimonium: uel ut lautius uiuat/uel ut facilius ad epatum/uel maiorē dignitatem possit ascendere: qa cum tali intētione/etiam unum beneficium habere/de se est inordinatum/& pctm̄: quia est cōtra omnem rationē. ut in. c. rō nulla: cum ibi notatis de preben. & contra officium pietatis. xvi. q. i. c. fi.

Hostien.

Ex pluralitate bñficiorum/multa sequunt̄ inordinata.

Triplex circunstātia requirit̄ ad hoc ꝙ dispēsatio pluralitatis bñficiorum sit legitima & tut⁹ dispēsatus.

¶ Ad propositum redeundo. Quāta dementia & abhominatio regnat hodiernis tpibus in dispensatione bñficioꝝ. ꝙ unus tenet triginta. alter quadraginta beneficia ecclesiastica? Nōne inde cultus diuinus diminuitur? ecclesiæ depauperantur? ualētibus uiris/& doctoribus/priuantur? fidelibus mala exempla dantur?

¶ Quid est ꝙ hodie unus utinam mediocriter doctus/tenet quattuor/quinq; uel sex/uel octo beneficia? quorum uno non est dignus. quibus octo sustētari possent/doctrinis/orōnib⁹/& diuinis laudibus/insistētes? Attendite An potius hodie equi/canes/aues/cōcubinæ/spurii/et supflua ecclesiasticoꝝ familia pātrimōium ecclesiæ comedere debeant/q̄ pauperes Xpi? Vel q̄ ad diuini cultus ampliationē/& pro fidelium cōuersione: aut in hmōi pietatis opibus

Nota.

Loca diuini cultus. modis congruis/expédédum sit? ¶ Q uot hodie loca diuini cultus/ ut monasteria: & uenerabilium martyrum ecclesiæ/Romæ/& alibi ob pdicta & ex prælatorum incura/desertæ sunt & destructæ?

Nota bene. ¶ Aspicite/& cósiderate si hodie plati ecclesiæ/tpalib⁹ spiritualia præponant bona? Nam qlibet Prælatus debet maiora bona minoribus præponere. Cuius cótrarium aliq prælati faciunt/q altaria auro & argento & lapidibus pciosis operiunt: corpora sctórum/q dum in hoc mundo uiuerent/aurum & argentum cótenebant/in uasis aureis & argenteis reponunt. parietes tā ecclesiaꝝ materialium q̃ palaciorum uel claustroꝝ depingunt. Ipsi.s. Prælati & eius subditi/cappis sericis in missis & pcessionibus induuntur. cultus uero & ornatus interior/q uiros spirituales maxime decet: & deo maxime placet/negligitur. Corpora procurantur/& nutriuntur splendide: & non curatur de aiaꝝ salute/& refectione. Si amittitẽ asina queritur: si perit anima/nó reputatur. Hanc inordinationẽ

Bern. rephendit Bern. his uerbis. O uanitas uanitatum: sed nó uanior/ q̃ insanior. Fulget ecclesia in parietibus. & in paupibus eget. Suos lapides auro induit: & suos filios nudos deserit. De sumptibus egenoꝝ seruitur oculis diuitum. Inueniunt curiosi quo delectẽtur. & non inueniunt miseri unde sustententur. Et notandum est q sicut Prælatus téperare debet quæ sunt alioꝝ: sic & quæ ipsius sunt. Bona ecclesiæ: sunt paupeꝝ Christi. Ideo cum in ecclesia tot paupes egeant/nó sunt bona illa prodige expédenda: Non eñi debet Prælatus in fastu/huic sæculo se cóformare. Pauperem eñi se debet reputare: cum in bonis ecclesiæ non habeat dñationem: sed dispésatioñe de qua strictam róñe cum reddere oportebit. Sapiés. Pauper ubi ceperit diuitem imitari perit. Bona ecclesiæ minuuntur/& monasteria depauperãtur: cum in fastu Prælati principes imitantur.

Bern. Q uẽ fastum Ber. repræhendit his uerbis. Q uod (ut cætera taceã) speculum humilitatis ẽ cum tanta pompa comitatus incedere? tantis hoium circuitoꝝ stipari obsequiis? quatenus duob⁹ Epis/unius Abbatis sufficiat multitudo? Mentior si non uidi Abbatem. lx. equos & amplius in suo ducere comitatu. Dicas si uideas transeuntes non patres esse monasteriorum: sed dños castroꝝ. non rectores aiaꝝ: sed pricipes prouinciaꝝ. Illas expensas debet Prælatus libẽter facere quæ ualent ad conseruationẽ christianæ religionis: & q bus uitatur occasio dissolutionis. Prouidere debet Prælatus q̃tum pót ne dentur diuitibus/uel cósanguineis/uel aliis: quæ sunt dãda

christi pauperibus. Panis enĩ egentium uita pauperis est. q defraudat illum hõ sanguinis est. Ecclesiast. xxxiiii. Item prouidere debet ne furentur infideles ministri: unde uiuere debent serui Christi: & ne egeant domestici unde luxuriantur extranei. Cogitare debet futuram cõputationẽ/ut in dispensando habeat discretionẽ. Ideo aliqui bona sibi cõmissa dissipant: quia de reddenda rõne nõ cogitãt. Prouerb. xxviii. Viri mali nõ cogitãt iudicium: qui autẽ inquirunt dñm animaduertunt omnia. ¶ EXAMINATE & discutite si laici ecclesiasticas dignitates/disponere debeant? (nisi habeant illud ex speciali priuilegio: ita tñ ut non duret illud priuilegium ut lxiii. distin. c. In synodo.) cum scriptum sit. xvi. q. vii. c. laicis. Laicis quis religiosis nulla de ecclesiasticis dignitatibus/aliquid disponendi legitur attributa facultas. Et ibidem. c. non placuit ex synodo Symachi Papæ/dicitur. Non placuit laicum/statuendi in ecclesia habere aliquã ptãtem: cui subsequendi manet necessitas: non autẽ auctoritas imperandi. Et eodẽ loco. c. si quis. dicit Calixtus papa. Si quis principum/uel alioꝝ laicoꝝ: dispositionem seu dominationem rerum/siue possessiones ecclesiasticaꝝ sibi uẽdicauerit: ut sacrilegus iudicetur. ¶ Hinc etiam de illis/q de manu laici/epatus/uel abbatias/suscipiunt. Gregorius. vii. in generali synodo residẽs/ dixit. & habetur. xvi. q. vii. c. Si quis deinceps episcopatum/uel abbatiam de manu alicuius laicæ personæ susceperit: nullatenus inter Epos/uel abbates habeatur: nec ulla ei ut Epo seu abbati audientia cõcedatur. Insuper & gratiam beati Petri/& introitum ecclesiæ interdicimus/quousq locum/quem sub crimine tam inobedientiæ/q̃ ambitionis/ex qua scælus ydolatriæ cepit resipiscendo non deserit. Similiter ẽt de inferioribus ecclesiasticis dignitatibꝰ cõstituimus. Idem. Si qs impatoꝝ/regum/ducum/marchionum/comitum uel quilibet secularium/ptãtum/aut personaꝝ inuestituram/episcopatus/uel alicuius ecclesiasticæ dignitatis/ dare ꝓsumpserit: eiusdem sententiæ uinculo se obstrictum eẽ sciat: Idem. Q m̃ inuestituras/cõtra sanctoꝝ patrum autoritatẽ a laicis in multis ꝑtibus cognouimus fieri: & ex eo plurimas pturbationes in ecclesia: immo ruinam sanctæ religionis oriri. ex quibus christianæ censuræ religio conturbatur: decernimꝰ/ut nullus clericorum inuestituras epatus/uel abbatiæ/uel ecclesiæ de manu imperatoris / uel regis/uel alicuius laice ꝑsonæ uiri uel feminæ suscipiat. quod si ꝑsumpserit/recognoscat inuestiturã illam apostolica auctoritate irritam

Eccles. 34.

Prouerb. xxviii.

Laici dignitates ecclesiasticas disponere non debent.

Grego. vii. De pẽis qbꝰ puniri debẽt q de manu laici suscipiunt epatꝰ &c.

esse.& se usq ad dignam satisfactionē excommunicationi subiacere. Item ex canone apostolorum. Si quis eps secularib⁹ ptātibus usus/ ecclesiam per ipsos obtineat/deponatur & segregetur: omnesq q illi communicāt. Et ibidē.c.siquis cleric⁹: dicit. Si quis clericus/abbas/uel monach⁹ p laicos ecclesias obtinuerit: secundum sctōrum apostolorum canones/& anthioceni concilii capitulum excōicationi subiaceat. Ad ppositum. ¶ Iudicate etiam si iustum quādoq sit/ episcopis/uel clerico exactiones imponi/ut collectoribus soluatur? ¶ Q uid est etiā q hodie omnes medium christianitatis/pinguib⁹ abundans beneficiis/tanquam centrum quietis ambiunt: derelictis partib⁹ ecclesiæ in circuitu/ubi impii ambulant inuisitatis: & a Doctoribus immitendis & promouendis uacuis/& incultis. Vbi fides est debilis/ uirtus imperfecta/scismatici abundant/ infideles impugnāt: utiq opus esset in lege xpi expertioribus prælatis/& doctoribus/magistris: atq probiori/& abundantiori militari potestate? ¶ Q VID est q gladius ecclesiæ.s.excommunicatio in sui contemptum/nunc tam leuiter extrahitur: & pro modica re/ut p debitis/pro transitu in una possessione/pro cane: & huiusmodi/tā crudeliter in pauperes extenditur? Cum excommunicatio non debeat fieri pro leuibus excessibus: sed pro grauibus.xi.q.iii.c.nemo episcoporum. Sed heu prohdolor qd dicam hodie de qbusdam episcopis simoniacis: & eorum uicariis/qui pro uno solido: uel aliquo munusculo concedunt lrās excōmunicatorias alicui/contra Aliquem pauperem propter aliquam iniuriā sibi illatam. Nam & in plerisq ciuitatibus & parochiis/eundo per mundum: repperi duo/tria/& quattuor milia excōicatos. Aliquos pro uno cane. Aliquos pro trāsitu in aliqua possessione. Aliquos pro paruo debito. Aliquos uero pro una minima iniuria. Inde euenit q excōicatio nō timetur: sed potius uilipenditur. Et tantum paruipenditur/q uersum est in cōe prouerbium apud aliquos. Excōmunicati comedunt panem? O si excōmunicati comedunt panē: sufficit mihi. Vnde excōicatio q ordinata est i remedium & in medicinā.ii.q.i.c.multi.&.xxiiii.q.iii.c.certum.&.c.corripiantur.uersa est in detrimētum populi Christiani. Tanta copia nunc est excommunicationum: ut curati animarum diebus dominicis maius tempus conterant in litteris monitoriis legendis/ac etiam in proferendis sententiis: q̄ in cælebrādis missis. Profecto/ qui sic leuiter pro rebus minimis/peccatores excommunicant/malignitati excommunicationis nō bn̄ attendunt.

Vbi fides debilis & scismatici/seu heretici abūdāt illic op⁹ est uiris peritis in lege

De excōicatiōe hic agitur.

Excōicatio p leuib⁹ culpis nō est inferenda.

Nota.

Excōicatio debet eē medicinalis.

Nam nulla est grauior pena in ecclesia dei: q̃ excommunicatio: si/ cut dicitur.xxiiii.q.iii.c. corripiant. Sathanæ enim traditur / qui excommunicatur.xi.q.iii.capitulo.omnis christianus. &.c.nihil.

¶QVID est etiã nũc q̃ una causa sup modica redurat tam mul tis annis? Quare litium ꝓlixitas/paupeꝝ spoliatrix/conuenienti modo/non rescinditur? Quot uiduas? quot orphanos/& pupillos/ depauperauerunt? quot pauperes bonis suis exspoliauerunt aliqui maledicti aduocati & procuratores/lites & causas uoluntarie/ac malitiose prolongantes? Cum eñi uident suos cliẽtulos nõ habere bonã ratione: ut possint eos defraudari/& bona eoꝝ eripe/docẽt/ eos negare ueritatẽ/uel falsum respõdere. Solent.n.dicere clientu lo. Si hoc cõfiteris perdes causam.nec dicunt. perdes aĩam si nega ueris. Consueuerunt aliq peruersi aduocati sua dolositate/& impe ritia/nescientes aliter partes iuuare/dilatiões iuris petere ad testes ultra marinos: uel extra prouĩciam ꝓducendos. Immo quod peius est. Aliquis est eoꝝ: ne eius intentio cognoscatur, semper stat in ge neralibus: & ambiguis/ac duplicibus sermonibus utitur/qui pñt trahi ad diuersos sensus. Nec allegat publice legem ꝑ parte sua ex presse facientẽ: sed eã iudici cum uenit necessitas ad aurẽ dicit: & p eam secrete ipm iudicem informat: ne aduersarius contra illam se ualeat responsionibus ꝑmunire. Quia nihil tam indubitatum est/ quod non recipiat quãdã sollicitam dubitationem. Et quãtum põt ꝑuersus aduocatus/causam rei conatur extenuare/fugere/& dif ferre/& aliquãdo immortalem reddere. Item die termini nõ cõpa ret mane: sed sinit aduersarium ꝑuenire: & tam diu expectare do nec tedio affect⁹/recedat. Et tunc uenit uel saltẽ ultima, hora diei/ iudice pro tribunali sedente/quia tota dies ei cedit: nisi dictum sit ut hora cærta diei comparea t. Et si uidet aduersarium abscẽtem/ tempestiue uenit/& eum iudici accusat: & priusq̃ ueniat recedit. Et semp q̃si ipse tardus uenit ꝑmissa aliqua excusatione (cum men datio tñ) de mora ostendit se uoluntarie cõparere: & paratum in causa procedere: & de dilatione dolere/ut sic iudici placeat: & nõ prouocet illum. Si uero actor instat/aduocatus rei sedet/& tacet/ & se dormirẽ fingit. Et cum Iudex dicit ei. Respõde obiectis. Tunc lente & pigre surgit quasi excitatus a somno: & supplicat Iudici pro audientia benigna. Deinde iudicem commendat/& q̃tum põt blanditur ei. Item si timet sentẽtiam cõtra se ferri: nõ adest eo tpe quo fertur. Si autem uidet q̃ Aduocatus aduersarii eum superat

De cautelis malorũ ad/ uocatoꝝ in decipiendis clientulis.

in allegationibus: uel q sibi deficiat ius/uel ratio: tūc ne uideatur responsionis penuria declinare certamen/eum illudit se ad aliam partē transferendo: uel aliqua indirecte & criminaliter dicit p quae moueatur ad iram ut nesciat bene ordinare suum sermonem/ quia ira impedit animum/ne possit cernere uerum. Cum autem pauperes clientuli ad domos aduocatorum uadunt dicentes. Dñe aduocate uidistis iura nr̃a? Si uidet eos aliqua munuscula deferre. Rñdet q sic. Si uero uidet clientulos man⁹ deferentes altas: non pendentib⁹ munerib⁹. Dicit illis. Non potui uidere: uenite cras. Et sic paupes clientuli cōterunt in hospitio tēpus & pecunias. Cōsti/tuta autē die: iterum petunt aduocatum dicētes ut supra. Illis rñ/det aduocat⁹. Causa uestra est difficilis. & multum insudaui uoluē do libros & iura. Vnde pro labore/magna mihi debētur stipendia. Et sic euacuant bursas litigātium. & ita plus ualet sumptus q̄ prin cipale. O/boni christicolae cauete cauete a talibus aduocatis & p/curatoribus: quia non querunt aliud nisi uestra marsupia euacua re & bona uestra eripe. Credite mihi/ Meli⁹ ē unum oculum amit

Consilium datur hic. tere/q̄ ambos. Hoc enim uobis cōsulo: ut potius eligatis aliquid de substantia uestra tpali perdere ut pacem & concordiam cum parte aduersa ualeatis custodire: q̄ ponere uos ad litigium & i causa. ubi

Nota forte oīa bona uestra tpalia consumetis/& amittere poteritis. Ali quādo isti mali aduocati & pcuratores seu deceptores: q̄uis coram iudice/uel corā suis clientulis ostendant se ēe inimicos/& unum/alterum se uelle mordere/ac comedere. tamen habent inter se in/telligentiam/& simul sunt cōcordes/ut magis clientulos frustrēt: non pmittentes litem terminari. Et unus alteri dicit. Decipe tuū. Et ego decipiam meum. Et sic pauperculos hoīes decipiunt: semper eis dicētes q habebunt uictoriam. Et uerum dicunt. nō q cliētuli eoꝝ uictoriam reportent cōtra partes aduersas: Sed q ipsimet ad uocati uictoriā reportabunt de bursis seu marsupiis suorum cliētu/

Exclamatio cōtra malos aduocatos Bersi. lorum. O/fures honesti q honeste furamini. O/latrones. O/pota/tores sanguinis pauperum. credite mihi q nō euadetis diuinā iusti ciam. Sed uenietis coram uno iudice ubi nō ualebit dicere. C. ff. l. tali. nec. §. Et cauillationes uestrae nil pderunt uobis. Vnde Bersi. Veniet dies illa (.s. mortis & Iudicii) in qua plus ualebunt pura cor da q̄ astuta uerb a. cōsciētia bona q̄ marsupia plaena: quoniam ille iudex non flectetur donis/nec falletur uerbis. ¶ Ad propositum principale reuertamur. ¶ Q uare cōuersis iudeis/de eorum bonis

misericorditer nō datur uitæ necessitas: potius q̄ egestate cōpulsi/ apostatent/& xp̄ianos impietatis arguant? ¶ Etiam quare nō ordinatur iudeos inter xp̄ianos morari nō debere? nisi uel xp̄ianis seruiendo/uel agros colendo/uel mechanicis laborando / acquirant uictum suum: & non usurando/seu fenerando eis in peccatum/& christianis i spolium? ¶ QVID etiam sibi uult q̄ quarundam ecclesiarum cathedralium canonici/calceis rostrati: uestib⁹ accurtati/abiecto habitu clericali/& assumpto militari/in armis & hastiludiis/se exercent. Episcopiq̄ cappa/superpellicio / libroq̄ depositis: arma sumunt: in campis armati pugnant/ut principes seculares? Cum tñ eis/& aliis personis ecclesiasticis / nō liceat bellari /& sanguinē effundere nisi in necessitate ineuitabili. Quod ꝓbatur. Cum eñ Petrus qui primus apostoloꝝ a dño fuerat electus/materialem gladium exerceret/ut magistrum a iudeoꝝ iniuria defensaret/audiuit. Cōuerte gladium tuum in uaginam. Omnis eñ q gladium acceperit/gladio peribit. Ac si aperte ei diceretur. Hactenus tibi: tuisq̄ ꝑdecessoribus/inimicos dei gladio corporali licuit ꝑsequi. Deinceps in exemplum patiētiæ/gladium tuum. i. tibi hactenus cōcessum/in uaginā cōuerte: & spiritualem tñ gladium quod est uerbum dei in mactatione ueteris uitæ exerce. Ois preter illum uel Auctoritate ei⁹: qui legitima potestate utitur: q ut ait apostolus nō sine causa gladium portat cui etiam omnis anima subdita esse debet. Omnis inq̄ q preter auctoritatem huiusmodi gladium acceperit gladio peribit. Item Ambro. Arma ep̄i lachrymæ sunt & orationes. Item illud apōstoli. Rom. xii. Nō uosmetipsos defendentes fratres charissimi: q̄uis oibus generaliter dicatur/specialiter tñ ꝓlatis & clericis dictum intelligitur. Vñ. xxiii. q. viii. c. nimium. dr̄. Nimium certe ueretur: & iure formidat cōtra professionē sui ordinis secularem exercere potestatē. Terram defendere. de preliis tractare/& de armis: terrenæ ꝑtātis est. Et ibidem. c. cum a iudeis etiam dicitur. Cum a iudeis inquit dominus caperetur & petrus cuiusdam inobedientis aurē abscinderet ferire prohibuit: & forma omnium sacerdotum quoꝝ prior erat: etiā pro seipso capi arma carnalia ꝓhibuit. Item Ambro. & dr̄. xxiii. q. viii. nō pila. dicit. Non pila quæ runt ferrea/nō arma xp̄i milites. coactus repugnare non noui. sed dolor/fletus/orōnes/lachrymæ fuerunt mihi arma aduersus milites. talia eñ sunt munimēta sacerdotis. Aliter nec debeo: nec possum resistere. fugere autē & relinquere ecclesiam nō soleo. Seruus

Iudei inter xp̄ianos morari nō debeant.

De clericis bellātibus.

Clericis nō esse licitum bellari: hic optie ꝓbat.

Apostolus.

Ambro.

Rom. xii.

Ambro.

Christi non custodia tpali: sed domini prouidētia preire cōuenit. ¶ Hinc etiam de his q in bello/aut rixa moriuntur/in cōcilio Tributiēsi/sic statutum est. Quicunq; clericus/aut i bello/aut i rixa/ aut gentilium ludis mortuus fuerit: neq; in oblatione/neq; in orōne pro eo postuletur: sed in manus incidat iudicis. sepultura tamē non priuetur. Item ex concilio Toletano de clericis arma ferētib⁹. Clerici q in quacunq; factione arma uolētes sumpserint: reperti/ amisso ordinis sui gradu/in monasterio perēniter trudantur. Item ex concilio Meldensi. Quicunq; ex clerico uidētur esse/arma militaria nō sumant/nec armati incedant: sed professionis sue uocabulum religionis moribus/& religioso habitu/prebeant. Quod si cōtēpserint: tanq̄ sacroꝝ canonum contemptores/& ecclesiasticæ auctoritatis prophanatores/proprii gradus amissione/mulctētur: qa non possunt simul deo/& seculo militare. His/ita rīdetur. sacerdotes propria manu arma arripere non debent: sed alios ad arripiendum ad oppressoꝝ defensionem/atq; ad inimicoꝝ dei oppugnationem eis licet hortari. ¶ Et si dicas. Quid si clericus habet inimicos: qui illum inuaderent? Rñ. q tunc pōt arma accipe ad defendendum se. dum tñ illud incōtinenti fiat. & pro se tñ non pro aliis: & in necessitate ineuitabili: ut. ff. de homicidiis. c. ii. infra. c. cōuenior. & extra de cleri. percus. c. pe. io. Sed si alias pōt euadere non sumet arma. ut extra de homi. suscepimus. Ad practicā nr̄am reuertēdo. ¶ Quid est q nōnulli prælati/iurisdictionē spiritualē/ & tpalem/qbusdā potentib⁹ tyrānis & auaris/pro certa summa locant in grauamen ecclesiæ/subuersionem iustitiæ/& oppressionē paupeꝝ? ¶ Quid est q hodie epi/abbates/monachi/sunt plus officiales fisci/q̄ Christi: totis nisib⁹ militantes mundo i curiis pricipum & secularium iuditioꝝ seu parlamentoꝝ? ¶ Quare ēt nunc maior pars clericoꝝ & sacerdotum/nutriunt comā: cōtra expssam canonum sanctionē in. c. si qs. xxiii. dist. & de ui. & hone. cleri. Nā uidemus hodie/nōnullos sacerdotes/tam lōgos deferētes capillos capitis: ut in hoc poenitus nihil differāt a secularib⁹: nec possint discerni: q tñ de iure/comā non lōgiorē q̄ usq; ad aures/deferre deberēt. Sed q maiora cōtēnunt pcepta: utiq; minora despiciēt. ¶ Ecce qd sibi uult ēt q modo/potius plures Epi/prælati/& parrochiales sacerdotes p Papā cōstituuntur: q̄ eligātur psonæ notæ & aptiores de patria: ut non præferantur ecclesiis homines extranei/in uirtutibus/in moribus/& linguis/& cōsuetudinibus? ¶ Quid est q ho

Ex concilio Toletano.

Ex concilio Meldensi.

Clerici comam nutrire nō debēt.

die potentum & nobilium pueri/ecclesiasticis dignitatibus prefe runtur. & clerici famosi in uita & doctrina/eis subiciuntur? ¶ Quid est q̄ nunc spiritualium penit⁹ ignaris/qui a puero mun dane & litigiose scientiæ/ut legum (quarum studium sacerdotib⁹ est ꝓhibitum) uacauerunt: regimē ecclesiæ poti⁹ cōmittitur? Nunq̄d ecclesia ꝑ mundum gubernanda est? & non poti⁹ cōtra morē mun di: eo q̄ scriptum est. Nolite cōformari huic sæculo. & cætera mul ta. ¶ Rursus oculos aperite & inquirite si oēs moniales teneant clausuram: ut ꝑcipit in. c. periculoso. de sta. re. li. vi? Et si quæ hodie claustra talium monialium/facta sint q̄si prostibula meretricum? & ꝑmaxime monasteria degentia sub obedientia irreligiosorum/ deferentium habitum religionis pro signo tabernæ: qui non obser uant eorum regulam. Immo plures ex eis regulam suam quam uo uerunt nunq̄ uiderunt/nec legerunt. ¶ Aspicite si quæ consecra ta canonicorum monasteria fiant quasi fora/& diuersoria? Si quæ cathedrales ecclesiæ factę sunt sicut speluncæ raptorum & latro num? ¶ SCRVTEMINI si alicubi sacerdotes in consuetu dinem duxerunt/sub pretextu ancillarum/habere concubinas? Contra tamen ordinationem sanctæ matris ecclesiæ? Vnde ex Ni ceno concilio. cap. tertio. dicitur. & ponitur. xxxiii. c. Interdixit. Interdixit per omnia sancta synodus: non presbytero/non diaco no/non subdiacono/non alicui omnino qui in clero est/licere sub introductam habere mulierem: nisi forte aut matrem: aut soro rem/aut amitam: aut etiam eas idoneas personas/quæ fugiant su spitiones. Hinc & Hierony. ut habetur eadem distinc. cap. hospi tiolum, inquit de clerico. Hospitiolum tuum aut raro/aut nunq̄ mulierum pedes terant: quia non potest toto corde cum deo habi tare/qui feminarum accessibus copulatur. fœmina conscientiam secum pariter habitantis exurit. Nunquā de mulierum formis dis putes. Fœminæ nomen tuum nesciant. Fœminam quam bene ui deris conuersantem mente dilige non corporali frequentia. Si bo num est mulierem non tangere. malum est ergo tangere. hec ille. Et ibidem etiam dicitur. Clericus solus ad fœminæ tabernaculum non accedet neq; properet sine maioris nutu sacerdotis iussione: nec solus ꝑsbyter cum sola foemina fabulas misceat. nec Archidia conus sub ꝑtextu humilitatis aut officii freq̄uēter intret domicilia matronarum. aut ꝑ clericos/aut domesticos matronæ mādet aliq̄d se crete. si agnitum fuerit & ille deponat: & illa a liminib⁹ ecclesiæ ar

Multa mo/ nasteria mo nialiū facta sunt q̄si pro stibula.

Ni.

Hiero.

Grego. Pena q̄ pu/niendi sunt clerici q dep̄hēdunt i crimine forni/cationis.

ceatur. Grego. quoq; de pena inferēda clericis/qui dep̄hendunt ur in fornicatiōe ait. & hr̄ diſt. lxxxi. c. ſiq. Si qui ſunt præſbyteri/ dia coni/uel ſubdiaconi/qui in crimine fornicationis iaceant. Interdi cimus eis ex parte dei pr̄is omnipotentis/& ſancti Petri auctorita/te/eccleſiæ introitum uſq; dum peniteāt/& emendent. Si qui uero in peccato ſuo p̄ſeuerare maluerint: noll⁹ ueſtrum eoꝝ p̄ſumat au/dire officium: qa benedictio eoꝝ uertetur in maledictionē. & oīo in peccatum: teſtante dn̄o per prophetam. Maledicam (inquit) be nedictionib⁹ ueſtris. Qui uero huic ſaluberrimo p̄cepto obedirī no luerint/ydolatriæ peccatum incurrent/Samuele teſtāte. & Grego. inſtruēte. Peccatum Ariolandi eſt non obedire. & ſcelus ydolatriæ non acquieſcere. Peccatum igitur paganitatis incurrit/quiſquis dum chriſtianum ſe eſſe aſſerit/ſedi apoſtolicæ obedire contem nit. hec ibi.

Quare ec/cleſia ordia uit cōtinen tiā in clericis ſeruādam. Rn̄ſio.

Sed Hic incidit queſtio contra clericos concubinarios. ui/delicet. Quæ fuit cauſa & ratio/ꝙ eccleſia ordina/uit ꝙ clerici continere habeant a coitu & a matrimonio? Rn̄deo ꝙ illud ſtatutum de clericoꝝ cōtinētia fecit eccleſia: quia potuit ſiue licuit: quia decuit: et qa expediēs fuit. ¶ Potuit autem eccleſia du pliciter. tum p̄pter auctoritatē p̄latoꝝ & maxime pōtificis ſummi tum propter cōſenſum ſubditorum. Propter auctoritatem namq; potuit: qm̄ & ſi omnia ſacramēta auctoritatem reſpiciant in diſpē/ſante aliquo modo. tn̄ illud ſacramētum precipue inter alia. In cui⁹ ſignum in ordinis datione loquitur poteſtatē hn̄s ille/q ordines cō fert. Vn̄ & dicit. Accipe poteſtatē &c. Et ideo iſtud on⁹ quod uoluit

Calix. Papa & martyr.

ſumm⁹ pōtifex. ſ. Calixtus papa & martyr huic ordini ſiue ſacra/mēto/alligare potuit: & ſibi licitum fuit. Sed huic auctoritati & po teſtati/ſucceſſit in latinis uoluntas obtemperādi: qa tale ſtatutum ſup ſe libenter receperunt. Et hec duo fecerunt ſtatutum firmum. Sed greci dederunt tergum. & qa non cōſenſerunt in tam nobile ſtatutum/ut uaſa ſua ſeruarent munda. ablatum eſt eis regnum & intelligētia ſcripturarum: & datum eſt genti facięti fructum eius. Sic igitur patet ꝙ potuit. Nec ſolum licuit: immo etiam decuit. Et hoc p̄pter duo qm̄ in actu carnali/qui ē uſus matrimonii: ut pluri/mum eſt libido. & in cohabitatione/ut plurimum ē ſollicitudo. Et libido ſiue carnalis delectatio reddit fetidum & immundum. & ſol licitudo reddit diuiſum. Et qm̄ clericum i ſacris ordinib⁹ cōſtitutū/decet ēe mundū cū ferat uaſa dn̄i: decet nihilominus ēe ſollicitum

& attentum: ut sollicite & attente seruiat domino: & studeat quo/ mõ placeat xpo. Ideo decens fuit eos separari ab uxoribus: ut per omnia fierent idonei cultores ministri altaris. Si enim illi qui come debant panes propositionis uasa sancta habere debebãt: quãto ma gis isti/qui agno immaculato assistunt/& dispensant / & sumunt: omni puritate/& sanctitate debent fulgere: & uasa sua custodire ĩ sanctificatione/& honore/nõ in desiderii potestate. Certe hoc nõ tm̃ decens: sed & etiã decentissimum iudicabit omnis anima/quæ ẽ templum spiritussancti. Et nõ tm̃ decuit. immo etiam expediens fuit. Primo propter uitãdum irregularitatis periculum: quia si mu lier/q̃ est uxor alicuius cognoscat alium uirum. & ille uir post co/ gnoscat eã iam irregularis est. Et ideo si uxor sacerdotis greci forni catur. iam amplius nec cum ipsa: nec cum alia potest rem habere. Et quia difficile est talibus abstinere. frequẽter in irregularitatem inciderent / & cum piculo ministrarent si uxores hr̃ent. Secundo fuit expediens pp uitandum latrocinium. Si enim episcopi/& ar/ chiepiscopi nunc filios haberẽt / omnia bona ecclesiastica furaren tur & diriperẽt: ita ꝙ pauperibus pauca uel nulla remanerent. Cũ etiã modo congregent & ditent nepotes quasi gradibus incompu tabilibꝰ ab eis elongatos: quid facerẽt si haberent filios legitimos? Vnusquisq; attendat q̃tum esset piculum. Ideo ꝓuidit spiritussan ctus hoc offendiculum auferre. & dei consilio hoc statutum fuit in ecclesia sancta dei: ut clerici ad sacros ordines uenientes nullo mo do matrimonio possint uti.

¶SED concubinarii clerici opponunt: dicentes ꝙ ecclesia non debuit hoc instituere: et per tale statutum clericos ad cõtinentiam obligare. ¶Arguunt enim primo sic. Matrimonium est in reme/ dium concupiscentiæ. Sed hic morbus maxime uiget in clericis: ut patet. ergo eis si debuit denegari remedium. ¶Preterea difficilli mum est iuuenibus abstinere a mulieribꝰ. Et ideo cõtinẽtia in eis ꝓ martyrio cõputat̃ a Hyero. Sed lex noua debet ẽe lex leuitatis. Er go &c. ¶Præterea: ad ea q̃ pfectiõis sunt debemꝰ p cõsilium indu ci/nõ mãdato obligari. Si ergo abstinere ab oĩ muliere pfectiõis ẽ. nõ uidet̃ ꝙ ad hoc debuerint clerici p pceptum obligari. ¶Prete/ rea. nõ ẽ maioris pfectiõis moderna ecclesia: q̃ primitiua: Sed tunc non fuit indicta clericis continentia: ergo nec modo debuit indici. ¶AD argumẽta istoꝝ defẽrẽtium coronã clericalẽ ꝓ signo taber næ: quia forte timẽt ꝙ mundus deficiat: Ideo adiuuare uolunt se/

Obiectio clericoꝝ cõcu/binarioꝝ.
Primo.
Secundo.
Tertio.
Quarto.
Rñsio ad obiecta.

Ad primū. culares ad procreandas proles. Ego Rñdeo. Et ad primum obiectū de clericis/q indigēt remedio. Dico q̄ uerum est. Sed tñ nō solum est remedium mrīmōium ad uitādum fornicationē. Sed multo nobilius remedium ē macerare carnē. Vñ qñ ocium ē/& nulla est carnis maceratio: si nutrit/& ipinguatur uenter. tunc p̄stat fomētum igni luxuriæ. Et iō aliqb' uidet difficile otinere. Sed si occuparēt se bono exercitio/& carnē macerarēt: alio remedio nō indigerent. Et istud remediū ē eis cōcessum/qa cōuēit eorum statui. Aliud uero remediū nō cōpetit eorum cælibatui. Vñ dico q̄ si Papa sit uir bone & scē uite: ita q̄ itrepide audeat delinquētiū pctā corrigere. Si talib' epis & p̄sbrys/ac clericis ocubinariis/auferret bñficia & pbēdas. & ea/ daret bōis sacerdotib'. Et postea ipos faceret recludi p aliquos dies i carcerib',& mādaret q̄ semel i die panis tm̄ & aqua mitteret. Vtiq; libido i eis/& luxuriæ flāma extingueret. nec amplius eēt eis uoluntas tenēdi cōcubinas. Sed hoc sepe sic expedit eis: ut ofundātur publice: q nō uerētur intrīsece cōtra dei maiestatē supbire. Hoc testā

Isido. te Isidoro. De' inqt occultā supbiā clericorum/uindicat p manifestā

Ad scdm obiectum. luxuriā. ¶ Ad illud qd' scdo obiicit/q̄ difficillimū est abstinere in iuuenib' ab actu carnis. Dicēdum Reuera hoc difficillimum ē: qa q ignē abscōdit i sinu/quō pōt eum ferre: ut ei' plātæ nō ardeāt? Difficile aūt ē extinguere ignē imittēdo ligna. Sed facillimum ē sup infundēdo aquā. Si.n. uis cōtinere/necesse habes mulieres effugere: & carnē ieiuniis & abstinētiis/ac disciplinis macerare. maxime si iuuenis es. q̄ si hoc feceris: & cōtinētiā amare ceperis/fiet tibi non solum nō difficile: immo p oia facile. Cum.n. dr̄/q̄ lex noua ē on' leue. hoc dr̄ rōne charitatis/q̄ cætera mādata facit facilia: qua q caret ualde difficiliter pōt onus portare.

Ad tertium. ¶ Ad illud qd' tertio obiicit de pfectiōe. Dicēdum q̄ ecclesia nullū cōpellit absoluta ipulsione: sed sub cōditiōe q̄ est i uolūtate hōis. s. si uelit ordinē suscipe. & hoc nō est cōpellere simpliciter: sed hō tunc se obligat qñ uolūtarie sumit ordinē. Oportet.n. q̄ accipiat ipm cū suo onere.

Ad quartū obiectum. ¶ Ad q̄rtum obiectum: q̄ nō maioris pfectionis ē moderna ecclesia: q̄ erat ecclesia primitiua. Dicēdum q̄ illi hoc cōpetebat. tum ppter psonarum paucitatē: qa oportebat clericos fieri de nouo ouersos: q ut plurimū uxores hēbant. nūc autē a cunabulis instruunt. Tum ppter paupertatē: qa nō tm̄ abūdabāt tunc q̄tum nunc. Iō nō tātū timēdū erat de furto. Sed cum dei dispēsatiōe ecclesia tpalia habuit ne charitate refrigescēte/tā in clericis/q̄ i laycis cult' dei periret/q dilatari de

beret. Iõ tunc oportuit cõtinẽtiã indicere. Tum ẽt ꝑpter modestiã & honestatẽ q̃ erat in illis. Sciebãt.n.oxorib⁹ meli⁹ & tẽperãti⁹ uti: Et sic patet illud. ¶ Ad pricipale ꝑpositũ. ¶ CONSIDERATE Et si xp̃ifideles alio noie debeãt isigniri: q̃ noie isto xp̃iai. a Christo? Nõne i diuersis ptib⁹ xp̃ianitatis/multi cruce signati faciunt se uocari Guelfos & Gibellinos/& plurib⁹ aliis noib⁹ diabolicis? q̃ qdem noia scd̃m quosdã originẽ traxerunt a duob⁹ demonib⁹ quoꝝ un⁹ appellat̃ Gibel/& alter Guel/q simul cõspirauerunt ad trahẽdum aias ad æternã dãnationẽ p istas diabolicas ꝑtialitates. Nõne isti tales peccãt mortaliter? nõne i statu sunt dãnatiõis? dum corde/ore/ & ope/tenẽt hmõi ptialitates/diaboli ministerio iuẽtas? Cærte sic. Q̃d facillime ꝓbari põt. Cũ.n.de⁹ sit charitas.i.Ioã.iiii. Ergo ille/ q sepatur a charitate sepat̃ a deo: & p cõsequẽs peccat mortaliter. & ei⁹ aia morit̃ spiritualiter/scd̃m Aug.xiii.de ciui.dei nec põt qs sine charitate salutẽ cõseq. Sed qcunq̧ corde cõsentit uni pti: ut ẽe guelfus uel gibellin⁹: siue alteri⁹ ptis/quocunq̧ noie nocet̃: separatur a charitate/& amore alteri⁹ ptis. Et iõ sicut ex sepatione aiæ a corpore/seqtur mors corpalis: Ita ex diuisione ptiali/seqtur mors spũalis aiæ p sepationẽ ipam a charitate/q̃ ẽ uita aiæ. Q̃d aũt partiales sint sine charitate. patet. qa illi q sunt i charitate/sunt oẽs simul uniti p cõcordiã/& pacem/ac mutuã dilectionem: iuxta illud Actuũ.iiii. Multitudinis autẽ credẽtiũ/erat cor unum/& aia una. Tales aũt nõ sunt ptiales. sed imo sunt sepati/& discordes ab alia pte. Ergo &c. ¶ Præterea. Corp⁹ xp̃i misticũ/est unum tm̃: & oẽs ei⁹ fideles sunt ei⁹ mẽbra/simul i ipo corpore p charitatẽ unita. Vñ apostol⁹ ait ad Ephes.iiii. Nos sum⁹ iuicẽ mẽbra. Et ad Col.iii. iteꝝ dicit. Sup oia autẽ charitatẽ habete/q̃ est uiculũ pfectiõis. Et pax dei exultet i cordib⁹ ur̃is/i qua & uocati estis i uno corpore. Ad hoc igr̃/ut aliqd̃ mẽbrum istius corpis mystici sit uiuum uita grẽ/oportet q̧ sit i oib⁹ aliis mẽbris ipius corpis unitum/seu cõiunctũ p charitatẽ. Sed tales nõ sunt ptiales: qa sunt a multis xp̃i mẽbris separati p ptialitatẽ. Ergo sicut si unũ mẽbrum ab aliis mẽbris corpis se separet̃/moreret̃. Ita illi/q corde separãtur ab una pte p cõsensum in aduersariã partẽ/spiritualiter moriuntur. Nec obstat predictis si partiales dicant/q̧ per istã diuisionem cordis/non intendunt nocere parti contrariæ. Quia respondetur q̧ etiã si non intendant actualiter nocere dictæ parti: intendunt tamen habitualiter. Et dato q̧ talis affectus non noceat illi: tamen sibiipsi. Nam dum

Hic agit̃ de partialitatibus.

Oẽs ptiales sunt i peccato mortali: & i statu dãnationis.

Probatio.

.i.Ioan.iiii.

Aug.

Actuũ.iiii.

Alia ꝓbatiõ

Ephes.iiii.

Colos.iii.

Exclusio obiectionis.

se a proximo per cōsensum partis/diuidunt & ꝑcidant: seipsos spi
Prime. Ioā. iii. ritualiter interimunt. sicut .i. Ioha. iii. dr̄. ꝙ q odit fratrē suum/ho/
micida ē. s. suiipsius. Item talis cōsensus & affectus in amore unius
partis: de facili prorumpit in plurima & crudelissima nocumēta al
terius partis. Et ad confirmationē ꝑdictoꝝ/facit quod dicit apostolus
Gal. v. Bolus ad Gal. v. ubi iter cætera opa carnis cōnumerat inimicitias/
cōtentiones/emulatiōes/iras/rixas/dissensiones & sectas. Et sub
dit. Qui talia agunt/regnum dei nō consequent̄. Quæ qdem om/
nia inueniuntur in discordia partialium. Ergo tales peccant morta
Exclusio excusationis partialium. liter. ¶ Non excusat autem tales diabolicos partiales/si dicant se
iurasse tenere talem partem. Vel suos ab antiquo fuisse de tali par
te: & ita consuetum esse/quasi in omni ciuitate Italiæ esse partes:
Iuramētum in malis nō ligat. & cōmunitates regi p partes. Quia rńdetur ꝙ iuramentum in ma
lis non obligat. c. si. qd. & c. unusquisqꝫ. & c. in malis. xxii. q. iii. Iu
ramentum em̄ nō est ad hoc institutum/ut esset iniquitatis uinculū
xxii. q. iiii. c. inter cætera. Vbi etiam hr̄/ꝙ iuramentum cōtra ꝑcep
Mala cōsuetudo nō est seruanda. tum dei/culpatur & nō tenet. Item cōsuetudo cōtra bonos mores/
uel contra charitatem dei & proximi: sicut ē ista/nō est seruanda:
sed ut magna abusio abhorrenda. c. Flagitia. xxx. q. vii. Vñ in. c.
Si cōsuetudinē. viii. dist. dr̄. Quælibet consuetudo/ueritati est post
ponenda. Et ibidē. c. mala. ēt dr̄. ꝙ Radicitus est euellēda pernitio/
sa consuetudo. Et. c. si solus. Dei ueritatem: nō hominum consue/
Eccle. vii. tudinem/sequi oportet. Et ideo dr̄ Eccle. vii. Non pecces in multi/
tudine ciuitatis. Item cōsuetudo peruersa ex diuturnitate tēporis/
nō alleuiat crimen: sed aggrauat. c. nō satis. desimo. & c. ulti. de cō
sue. cum cōcordantiis. Nullum ergo iuramentum: nullaqꝫ cōsuetu
tudo/tenet in partialitatibꝰ: nec excusat ipsos partiales: quia sunt
contra charitatem dei & proximi: & contra rem publicā/ & bonū
Inanis excusatio ꝑtialiū cōmune. ¶ Nec etiam eos excusat si dicant ꝙ hoc faciunt/ut se &
suos/atqꝫ sua/defendant: qa nō est licitum defendere se/uel suos/
aut sua/cum alterius iactura. Nec facienda sunt mala/ut eueniāt
Rom̄. iii. bona ad Rom̄. iii. Nec sufficit benefacere/nisi id ex bono fonte
procedat. Vt dicitur in. capitu. nō satis. lxxxvi. dist. ¶ Non etiam
excusat partiales/si omnes in una ciuitate/uel terra / sint eiusdem
partis: quia nō tantum suis ciuibus & compatriotis: sed omnibus
hominibus mundi/q̄tum in eis est debent esse iuncti per charitatē:
Mat. xxii. & illos sicut seipsos amare. Mathei. xxii. c. ¶ Non solum autem
Tenens ptē peccat mortaliter tenens partem: sed etiā quicunqꝫ uerbo/scripto/

uel ſigno/ ſe confitetur eſſe guelfum/uel gibellinum / ſeu alterius partis. Quod ſic probatur. Nam aut dicit uerum/aut falſum. ſi dicit uerum: patet ex pdictis ꝙ peccat mortaliter/cõſentiendo parti. Si autem dicit mendacium. Aut dicit hoc ex timore: aut ex adulatione: uel ex iocoſitate. Primo modo/ quando quis dicit hoc ex timore: utputa quia iſonat rumor & clamor. Quis uiuit/quis uiuit: & una parte acclamãte/uiuant guelfi: uel uiuãt gibellini. & aliquis timore mortis/uel alterius periculi/cõfitetur & aſſerit ſe eſſe eiuſdem partis/peccat mortaliter: quia dicit mendacium pernitioſum contra dei preceptum/& charitatem ꝓximi. De quo hr. xxii. q. ii. ca. primum. Vñ Dauid loquens deo pſalmo. v. ait. Perdes omnes q loquuntur mendacium. Et Sapiẽtiæ. i. dicit. Os quod mentit occidit animam ſuam. Similiter ſi hoc mendacium dicit ex adulatiõe: quia per hoc prouenit malum exemplum contra charitatem dei/ & proximi. ut probatur per. d. c. primum. Si uero hoc mendacium dicat ex iocoſitate cum per hoc ſit periculum ſcandali & mali exẽpli/etiam eſt peccatum mortale: quia licet mendacium iocoſum de ſui natura ſit ſolum ueniale peccatum: tamẽ accidẽtaliter propter ſcandalum proximi eſt pernitioſum. Vnde ait Saluator / Mathei. xviii. Qui ſcandalizauerit unum de his qui in me credunt: expedit ei/ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius/& demergatur in ꝓfundum maris. i. inferni. Et de his duobus mendatiis ultimis. ſ. adulatorio & iocoſo/poteſt dari exemplum de pulcherrimo iuuene/q ſedens coram multo populo adulatorie/uel iocoſe/dicit ſe concupiſcere carnaliter cõmiſceri cum tali pulcherrima iuuene. Quod quia multum credibile eſt/& in ſcandalum animarum: & non poteſt conſpici intentio eius/licet mẽdacium dicat adulatorium / uel iocoſum: tamen mortaliter peccat/ propter ſcandalum & malum exemplum. Et ſimiliter eſt in caſu noſtro. Et ideo dicitur ĩ pſalmo. xlvi. Ecce loquuntur in ore ſuo: & gladius in labiis eorum quoniam quis. i. aliquis audiuit. unde. ſ. ſcandalizatus eſt. Et tu domine deridebis eos: & ad nihilum deduces oẽs gentes. ſ. diuiſas & partiales.

Ore ſcripto/ uel ſigno pecat mortaliter.

Dauid. pſ. v

Sapi. i.

Mẽdacium iocoſum ſit ſepe pnitioſum.

Mat. xviii.

Exemplum.

pſ. xlvi.

Vultis ne uidere O partiales quanta mala uobis eueniunt propter ueſtras diabolicas partialitates? Attendite obſecro / & uidebitis quanta mala uobis inferunt ueſtræ partialitates/& quantæ ſint malignitatis. ¶ Primo enim effi cimini inimici dei. quia ut ſcriptum ẽ. i. Iohannes. iiii. Qui dixerit quia diligo deum/& fratrem ſuum odit: mendax eſt. qui enim non

Mala quæ proueniunt ex ptialitatib⁹.

Primo.

.i. Ioan. iiii.

diligit fratrem suum quem uidet: deum quem non uidet/quomo/
do potest diligere? Et hoc mandatum habemus a deo: ut qui diligit
deum/diligat & fratrē/suum. O igitur partiales & discordes inimi
Aug. ci dei/scitote quod Augu. in lib. de uerbis domini. ser. xx. ait. Non
potest concordiam habere cum xp̄o/qui discors uoluerit esse cum
Secundo. christiano. ❡ Secundo propter uestras partialitates uos incurritis
Aug. dei maledictionem: de qua Aug. in libro de uero cultu/inqt. Obse/
Idem. cro domine/quatenus cum sanctis ciuibus tuis/eternā maledictio/
nem infundas sup animā cum p̄ximo suo pacem habere nolentē.
Et in lib. de oratione dominica ait. Si nō dimittis iniuriam/quæ ti
bi facta est: cum dicis/Dimitte nobis &c. nō solum benedictionem
Tertio. non acquiris: sed etiam totiens quotiens dicis/maledictionem
Aug. incurris. ❡ Tertio p uestras partialitates/uos separamini a regno
cælesti. unde Aug. in lib. de uerbis domini/dicit. Ad hereditatem
domini nō poterit peruenire/qui testamētum pacis noluerit obser
Ioan. xiiii. uare. Quia enim christus legauit in suo testamento pacem fidelib[9]
Eccle. xlv. suis/di. Ioan. xiiii. Pacē meam do uobis/pacem relinquo uobis. Et
eccle. xlv. dr̄. Statuit ei testamētum pacis. Ideo merito priuādi sunt
sua hereditate illi/qui tale testamentum nolunt obseruare. In iure
enim habetur ꝙ heres nō seruans testamētum defuncti/est exhere
dandus. Faciens etiam iniuriam testatori post conditum testamen/
tum. Cuiusmodi sunt partiales & discordes/qui iniuriantur chri/
sto/dum contra eius membra concitantur/& illa psequuntur/ipso
Mat. xxv. dicēte/Mat. xxv. Quod uni ex his fecistis: mihi fecistis. ❡ Quar/
Quarto. to dico ꝙ partialitates indurant corda partialium. Cum enim ho
mines ad odia/& seditiones/ac discordias se conuertunt: confessio
nes dimittunt: ecclesias uix intrant: prædicatiōes deuitant: & om
nium bonorum obliuiscuntur. Stant sic indurati pertinaciter per
mēses & annos: quia ut ait quidam poeta. Ira impedit animum/ne
possit cernere uerum. Et omnia spiritualia exercitia eis in abhomi
nationem ueniūt. Immo maius dico ꝙ cum diabolus induxit homi
nes ad ptialitates/& discordias: faciliter eos ducit ad oīa alia scæ/
Apoc. xiii. lera horrenda. Vnde in huius figuram dicitur Apoc. xiii. Vidi be/
stiam ascendentem de mari/habentem capita septem: & cornua
decem: & super cornua/decem dyademata. Hec enim bestia secun
dum sensum tropologicum/significat odium/& iram bestialium
hominum/quæ ascendit de mari idest de eorum amaricato corde.
& habet septem capita: quia ex tali odio septem capitalia peccata/

immo universa uitia generãtur siue causantur. habet quoq; decẽ cornua: idest transgressionem decem preceptorum decalogi. & super cornua decem diademata: idest gloriationem de transgressione ipsorum preceptoꝝ: iuxta illud Sap. ii. Qui letant' cum male fecerint: & exultãt in reb' pessimis. Quis ãt explicare posset quot peccata ex discordiis, pcedant: quot detractiões: susurratiões: cõtumeliæ: blasphemiæ: Depopulatiões: pditiões: opp̃ssiones bonorum: pcussiones, uulnera: & cedes: &c. De qbus inferi' aliq̃ tãgemus. ¶Quinto p uestras ptialitates O partiales, uos effecti estis filii diaboli, ac eius discipuli. Sicut enim homines per charitatem & dilectionem efficiuntur filii dei adoptiui: iuxta illud Ioannis primo. Dedit eis potestatem filios dei fieri: Et Ioannis. xiii. dicit Saluator. In hoc cognoscent omnes q̃ discipuli mei estis si dilectionem ad inuicem habueritis: Sic qui odium habent erga proximos, sunt filii & discipuli diaboli. Vnde Augustinus super predicta uerba Saluat. inquit. Dilectio sola discernit inter filios dei, & filios diaboli. Et Gregorius in pastorali, ait Si illi sunt filii dei, qui pacem faciunt: sathanæ proculdubio filii sunt, qui pacem facere nolunt. Et idem Augustinus in libro de doctrina Christiana, dicit. Qui odium in corde reseruat, officio utitur diabolico. Et qui opus diaboli operatur: diabolus esse iudicatur. Et ideo talibus dici potest illud Ioan. octauo. Vos ex patre diabolo estis. O igitur partiales filii diaboli, reuertimini ad pacem: & efficiemini filii dei. Et sic demones, qui summopere letantur de uestris discordiis & seditionibus tristabuntur, & angeli Dei letabuntur. ¶Sexto partiales propter suas discordias & partialitates, fiunt proditores contra Christum: quia sunt Christiani renegati. In baptismo enim renunciando diabolo, Christi militiæ ascribuntur. de consecratio. distinctio. iiii. capitulo. primum. Adulti autem tenentur ad ea, quæ pro nobis offerentes spoponderant. eadem distinctione. capitulo paruuli. In confirmatione uero præparatur homo ad pugnam pro fide Christi. de consecratio. distin. v. c. spiritussanct'. Et i frõte ungitur, ut fidem Christi sine erubescẽtia pdicet. c. nouissime. ea. di. Cum ergo ĩ baptismate, hõ renunciauerit partibus: & demum ad uomitum reuertatur, prodit xp̃m: eiusq; fidẽ negat: dño ipso teste, q ait Luc. xi. Qui non est mecũ. s. ĩ militia mea: aduersum me est. s. ĩ militia diabolica. Isti enĩ ofitent' se nosse deũ uerbis: factis uero negãt, scd'm apostolum ad.

Sapient. ii.
Quinto.
Ioan. i.
Ioan. xiii.
Augu.
Gregorius
Augu.
Ioan. viii.
Sexto.
Partiales sunt xp̃iani renegati.
Luc. xi.

Ad Titũ.iii. Titum.i.c. Qui nimo deum produnt. Dicit enim Beda in.c.abiit.
Beda. xi.q.iii. Qui societatem fraternitatis/aliqua peste discordiæ cōma
Septimo. culat: ut Iudas Christum prodit. ¶ Septimo partiales ꝓpter suas
partialitates/cadunt in maximam ɔfusionem: qa uix in extremis
Partiali mo possunt deserere has partialitates/& odia. q si moriantur i tali sta
rieti / negat tu/sine signis correctionis: nō debēt eis dari ecclesiastica sacra: nec
ecclesiastica sepultura i sacro: ut patet per ea/quæ habentur in.c.qbus.& in.c.
sepultura. non estimemus.xiii.q.ii.& in.c.parrochiano.de sepul. Sed debent
in sterquilinio: aut i alio loco prophano/more bestiarum/sepeliri:
Hiere.xxii. iuxta illud Hiere.xxii. Sepultura asini sepelietur. Et si aliter sepeli
rētur erit ad cumulum dānationis eo℞.c.cum grauia.&.c.quibus.
xiii.q.ii. Immo si eorum corpora possent ab aliis discerni/debent
exhumari/& extrahi a sacro: & in loco prophano proiici.c.sacris.
de sepul.& cimiterium siue ecclesia ubi sepulti fuerāt debet recōci
liari.de cōse.c.ec.uel al.c.cōsuluisti. Similiter ꝓ ipsis partialibus sic
in sua partialitate morientib⁹/non debent fieri orōnes/uel suffra
i.Ioan.v. gia: scdm illud.i.Ioan.v. Est pctm̄ ad mortē non pro illo dico ut ro
get quis. Immo peccarent pro eis rogantes: sicut si orarent pro iu
deo/uel sarraceno.extra.de statu mo.c.i.de fur.c.ii.&.xiii.q.ii.c.
pro obeuntibus. Quæ omnia redundāt ad maximā partialium cō
Octauo. fusionem/& pœnam. ¶ Octauo. partiales p suas partialitates lu/
crātur æternam dānationem: qa cōiter moriuntur sine pœnitētia.
Partialis ab Nullus eñi partialis pōt absolui a peccatis: nisi corde/ore/& ope/
solui nō pōt renunciet parti: qa est pctm̄ mortale tenere partem: ut supra ꝓba
nisi pœnitus tum est. Licet autē qdam cōfiteantur ꝙ partialitates exercuerunt
renūtiet pti ope. rarissimi tñ inueniuntur/q doleant/& ore cōfiteantur/cum
debita cōtritiōe se fuisse ptiales: & firmum ꝓpositum habeāt nūq̄
tenendi partes. nec se noiandi: nec officium ꝓ parte assumēdi: nec
Hiero. aliud opus partialiter unq̄ faciēdi. Et bñ merito. qa ut dicit Hiero.
i suo trāsitu. Vix de cētū milib⁹ hoium quo℞ mala semp fuit uita/
meretur unus i morte diuinā hēre idulgētiā. Immo isti ptiales ita
sunt ceci/ꝙ ēt si sint aliis prudētes/& cauti/atq; docti: tñ uix pñt
psuaderi/ꝙ tenere tales partes: & aliqd facere partialiter/sit pctm̄
mortale. Et sic sine uera pnīa decedētes/æternaliter dānantur: qa
Aug. ut dicit Augu. Si qs senserit aliquod mortalium pctō℞ in se dñari.
nisi pnīam egerit æterna illum flamma cruciabit. Et in lib. de igne
Idem. purgatorii idem ait. Sicut concordia est æternæ hereditatis acqui
sitiua: Ita partialitas est ad æternam damnationem inductiua.

❡ Nono. per partialitates uiolatur Iusticia: quæ est uirt⁹ omni sta/tui utilis/ & necessaria. Vñ in. c. cum deuotissimam. xii. q. ii. dicit Summum in reb⁹ bonum est iusticiam colere/ & c. Sed in terra partialium iusticia non seruatur. Quæ quidem uirtus/ est conseruatio reipublicæ/ & q̄ pacē generat & nutrit. Iusticia eñi (ut dicit in iure ciuili) tribuit unicuiq; quod suum ē. Q d' autem iusticia/ q̄ est p̄clarissima omnium uirtutum/ secūdum philosophos: sit extīcta in terra partiali: & iniusticia q̄ summe fugiēda est regnet in ea/ clarum ē: q̄a propter discordias/ & partialitates mutat homo affectionem: & ratio excæcatur. Nam homo trahit affectum ad suum cōpartialem amicum/ & odium ab aduersa p̄te repellit. De eo eñi q̄ dilect⁹ non est faciliter quisq; male sentit. & de eo q̄ est aduersarius/ nunq̄ uel raro bene sentit. Et ecōtra est de his/ quos q̄s diligit. Vnde partiales pleni affectionib⁹/ reputāt hoīem bonum alterius partis esse malum: & hoīem malum suæ partis esse bonum. Illum bonum & innocentem/ puniunt. Et istum in sua partialitate tenentem absoluunt/ licet sit malefactor & iniqu⁹. De q̄bus male iudicātibus/ dr. Amos. vi. Cōuertistis in amaritudinem iudicium/ & fructum iusticiæ in absinthium. Iudicium eñi peruertit nō solum p̄pter cupiditatem/ & timorē: sed etiā propter odium/ uel nimiā affectionē/ & amorē. c. quattuor. xi. q. iii. Quis iudex in terra p̄tiali æquā iusticiā tribuat? Necesse ē quodāmodo q̄ uni parti adhereat/ & suos cōplices iuste/ & iniuste per fas/ & nefas defendat. fures & latrones suæ p̄tis liberant. & alteri⁹ partis/ mulieres/ pupilli ac uiduæ/ lacerant: & nullus respicit q̄ si iudex nec amore/ nec odio flectatur a iusticia saltem timore partis potētioris corrumpitur: & iusticia nō habet locum: ac iniusticiæ plurimæ cōmittunt. Quid enim aliud sunt tales partiales ciuitates/ ac terræ nisi latrocinia? Quia igit (ut Amb. dicit) inter duos inimicos nemo pōt esse fidelis: ideo nullus deberet habitare in talibus ciuitatibus/ ac terris: sed ad alias patrias fugere/ ut uiuere possit secure. Nam ut plurimum in communitate etiā partiali in omnibus agendis/ est acceptio personarum: quæ opponitur iusticiæ distributiuæ. Cuius qualitas est/ q̄ diuersis personis/ diuersa officia/ aut beneficia distribuentur secundum p̄portionem/ ac dignitatem personarum. Partiales enim non eligunt personas idoneas: nec æqualiter distribuunt officia/ & honores in ciuitate: sed suos amicos/ & compartiales promouere quærunt/ & in grauaminibus alleuiant suos confederatos: & cōtrarios onerāt. Propter

Nono. Per partialitates uiolat̄ iusticia.

Amos. vi.

Ambro.

Decimo. A partialib⁹ rectū cōsiliū quodāmodo neqt fieri.

quod ueniant seditiones in ciuitatib⁹. ¶ Decimo. ꝓpter partialitates/partiales nō possunt inter se facere aliquod bonum/& rectum cōsilium. Quia boni timore & pusillanimitate/nō audent ꝯsulere bonum reipublice/ne displiceant potētib⁹ alicuius partis/q solum mō querunt bonum ꝓprium. Et alii negāt ueꝝ. ne statum/seu officium aliquod in cōitate ꝑdant. Item deficit bonum cōsilium i ciuitate ꝑtiali/propter inordinatum affectum/quem habent partiales suis cōplicibus: Quia (ut aiunt morales philosophi) Perit oē iudicium/cum res transit in affectum. Quinimmo si una pars ꝓponit in cōsilio aliqd utile reipublicæ: alii cōtradicunt/licet cognoscāt illud eē bonum cōitatis. Et hoc faciunt ne alia pars habeat istum honorem/ꝙ tale bonum ex sua cā & inuentione prouenerit cōitati. O/perditi partiales/qui cōtra filios uestros/& uosipsos ꝓfertis cōsiliū (Dānum. n. cōitatis/dicit̄ dānum oīum ciuium & exiстētium de ip̄a cōitate) bn̄ uos estis fatui. Immo nō uidet̄ eē sub cælo gens stultior uobis partialib⁹. Alii eñ fatui homīes bona trāsitoria æternis ꝓponentes/errant in appetione boni tpalis delectati aliquo lucro/uel cōsolatione mundiali. Sed uos partiales īsanitis ex appetitione & desiderio mali: dum partialitatem/& diuisionē affectatis/ponētes in ꝑiculo substātiā uestram temporalem: corpus/cōsanguineos/fratres/& oīa bona eoꝝ: & aīam ꝓpriam/& suorum. Et ideo freneticis rōne priuatis ꝓpter hoc potestis similes dici. & cuidam stulto/qui cum baculum gestaret in uia/& ante eum ꝓcederet umbra: putauit umbram esse alterum hominem: & cucurrit post umbram quasi cum homine pugnaturus/& cum currendo eleuaret baculum ut eam percuteret: & uideret umbram baculi similiter eleuari/timore perterritus/fugere uolens/caput suum contra murum percutiendo/fregit. Et similiter uos stulti partiales pugnatis cum umbra nominis partialis. & tandem animæ/& corporis/frangitis caput. Et ideo uobiscum non est conuersandum: dicente Ecclesiastico. xxii. c. sui lib. Cum stulto ne multum loq̄ris: & cum insensato ne abieris. Serua te ab illo ut non molestiam habeas. & ne cōinquineris in pctō illius. Deflecte ab illo/& inuenies requiem.

Philosophi.

Partiales assimilant̄ freneticis.

Ecclesi. xxii.

Vndecimo. Partiales crudeliores sūt oī alio genere hoīum

¶ Vndecimo. per partialitates effecti sunt partiales ualde crudeles: Ita ꝙ non inuenitur tanta crudelitas in aliquo genere hoīum: quanta in ipsis. Et ratio est. Quia habitum odii semper habent contra partem aduersam. tam contra nobiles/q̄ ignobiles. tam notos/q̄ ignotos: præsentes/præteritos/& futuros. aduersus in

fantes/& senes: & aliquando contra affines/& eos qui sibi ser uierunt. Sed ultra odium in corde retentum: quis ualeat expri mere immanes crudelitates/quas contra aliam partem exercent? Non parcunt consanguinitati: non amicitiæ: nõ religioni: non etati: sed usq; ad effusionem sanguinis deueniunt. uendunt homi nes sicut pecora. mulieres ui opprimunt & corrumpunt. uirgines uiolant. Aliquos fame. & alios de fenestris uel turribus ꝓcipitant. Alios uero per gulam suspendunt. Alios autem comburunt: uel aliis diuersis tormentis interimunt. O/insensata rabies. O/ceca Exclamatio
& horrenda crudelitas. O/impia durities. quis uos docebit fuge cõtra crude
re a uentura ira diuini iudicii? Ecce quot peccata/& q̃ grauia/com litates ptia/
mittunt isti maledicti partiales: quorum participes sunt omnes lium.
eis fauentes/& consentientes: iuxta illud apostoli Ad Roma. xxii. Rom. xxii.
capitulo. Non solum qui faciunt. sed & qui consentiunt facienti bus/digni sunt morte æterna. Quod etiam notatur. ii. q. i. c. No tum sit. & xviii. q. iiii. c. omnes. ubi dicitur/ꝙ Agentes & consen tientes pari pena puniuntur. ¶Sed nota ꝙ est quadruplex consen Quadru/
sus/quo potest quis peccare consentiẽdo/& fauendo partialibus. plex ɔsẽsus.
Primus est consensus cordis: ut cum quis gaudet de partialitate. Primus.
Secundus est cõsilii: quando quis docet quomodo defendere possit Sc̃dus.
partẽ suam: & qb' signis/cognoscere poterit omnes de tali parte.
Tertius est auxilii: ut accõmodando arma partialib': uel eos defen Tertius.
dendo apud principes. Quartus est cõsensus medii: ut p aliã perso Quartus.
nam faciendo malum/cõtra aliam partem. Qui em̃ p alium facit/ p seipm̃ facere uidetur. c. qui per alium. de re. iur. lib. vi. Et tãto am plius qs peccat/quanto maiorem causam pctõ tribuit: maiorẽq; fauorẽ dedit: atq; magis incitauit: ac animauit deliquẽtes. Caueãt igitur oẽs fideles/ne ꝑstent auxilium/nec fauorem/uel cõsensum
partialibus/ne cum ipsis ad æterna supplicia descendãt. ¶Duode Duodecimo
cimo/& ultimo/per partialitates dissipantur bona tpalia. Nam si Per ptialita
cut pax est causa multiplicationis bonoꝝ temporalium & spiritua tes dissipan
lium. Ita ecõtrario. Discordia est causa dissipationis omnium. Cõ tur bona tẽ/
trariaꝝ enim causarum/contrarii sunt effectus: scd̃m naturales poralia.
philosophos. Sicut ergo per experiẽtiã uidemus: omnia naturalia Naturales
q̃diu sunt in pace mutua/& concordia/permanent. sed pace de philosophi.
ficiente/omnia deficiunt. Corpora namq; elementata quamdiu sunt in ipsis elementa pacifica/& adæquata adinuicem/tam diu manẽt. Proportiõe autẽ huiuscemodi/& pace cessante/ex aliquo

elemento predominatur:& in aliud agente necesse est ipsum mixtum corrumpi paulatim/& tandem totum deficere:quia cõtraria sunt corruptibilia inuicem. Et ad destructionem partis/sequitur destructio totius. Quapropter non inepte quidam philosophorum (ut dicitur in phisicis) posuerunt pacẽ/& amorem esse principium oium rerum naturalium. Et similiter est de corpore politico cõgregatione seu cõitate.s.de hoibus eiusdem regni/uel ciuitatis/seu domus/qui si pacem habeant & concordiã/semper de bono i melius proficiunt.& unus ex alio fortior redditur:qa uirt⁹ unita/fortior

Exemplum

est dispersa. Et ad hoc põt dari exẽplum illi⁹ patris/qui habẽs tres filios/qui uolebant adinuicem separari:accepit tres uirgas/quas simul iungens dedit singulis eorum/ut frangerent:quas cum nõ possent rumpere simul iunctas:diuisit eas/& dedit eis ad frãgendum: quibus statim ab eis ruptis/ille ait. Sic erit de uobis. Si enim simul uniti fueritis/non poteritis frangi ab aduersariis uestris : sed bene

Chrysosto.

separati/& diuisi. Et ad hoc facit/quod Chrysosto.super Ioã.dicit. ꝙ si decem hoies unanimes habitauerint/unus est in decẽ: & decẽ in uno:& unusquisq; eorum/decẽ animas habere censetur. ac uiginti manus:ac uiginti brachia:uiginti oculos:& uiginti pedes. Dicuntur autem decem aias habere/quia cõicant sibi sua desideria/ & suas orões.uigintiq; oculos : quia cõicant sibi sua cõsilia/& suas puisiones.uiginti manus:quia cõicãt sibi sua opera/& suas defensiones. Et uiginti pedes:quia cõicant sibi sua onera/& suas supportationes. Econtrario uero est/si inter eos fuerit discordia/& defecerit pax/ac unitas:qa quando plura requiruntur ad unius constructionẽ/unum sufficit ad eius destructionem. Nã plures uniti construunt patriã:& unus discordans/destruit eam. Et ad predicta adduci potest sentẽtia illa usitata Salu.in iugur. Cõcordia parue res

Exẽplum de filiis israel.

crescunt:discordia maxime dilabuntur. Quod qdẽ eẽ uerissimum conspicere possumus in filiis israel. Nam facta diuisione inter tribum Iuda/& Beniamin/ex una parte : & decẽ aliarum tribuum populi israel ex alia:quæ duodecim trib⁹ pri⁹ erant unite.una pars cõtra aliam multa mala fecit.& tandẽ ambæ partes/in seruitutem extraneorum deuenerunt. Sed qd indigemus aliis exemplis? Nunqd & in dies hoc etiã euidenter apparet/si consideremus infortunia/ & calamitates multarum urbium/ex discordiis & partialitatibus

Exclamatio ad Italiam.

destructarum. O Italia q̃ alias dum pace fruebaris toto dñabaris mundo.nunc uero ob tuas discordias dic mihi q̃ gẽtes tibi dñant? nõne

facta es sub tributo? Quis tuarum ciuitatum/pulchritudinem obscu rauit? O Ianua/quare toties tua alta/& magna palatia subrupta/ & ad terram proiecta sunt? O/Mediolanum/quare plures tui du ces in captiuitatē ducti fuerunt? Et unde ꝓuenerūt tot bella & tot prælia/quæ in te facta sunt: & i dies fiunt? nisi propter tuas partia litates. O Perusium. O Placentia. O Monsregalis. O cætere ciui tates partiales. quare & unde ꝓcesserunt tot destructiones tuæ. ni si ex discordiis/& maledictis partialitatibus. O Roma totius mun di dn̄a. quare totiens euersa es/& depopulata? nisi ex dissidiis ciuili bus. Ad tantam ergo calamitatem adduxerunt partialitates & bel la ciuilia/florētissimā urbē Romanam: ꝙ de ip̄a dicitur. Roma q̄ta fuit/ipsa ruina docet. Verissima est em̄ sentētia Saluatoris nostri/ dicentis/Luc.xi. Omne regnum in se diuisum desolabit': & domus supra domum cadet. O quot tribulationes/& afflictiões/oriuntur ex partialitatibus. Partibus em̄ adinuicem certantibus/eorum meri tis exigentib'/demonibusq; incitātibus/ac deo permittente/una pars præualet contra aliam: quam expellit. & illa uagādo discurrit cum magno sui labore/& incōmodo. bonaq; eis auferuntur. Et sic labore paupertatis/cruciantur: edificia eorum destruuntur: artes di mittuntur: arua siluescunt. uineæ ꝑscindunt'. Adolescētes egestate cōpulsi/ad maliciā se recipiunt. Iuuenes non uxorantur. puellæ in nuptæ expectant/&c. Sed nec dum finis malorum. Nam cum imple ta fuerit uox tonitrui i rota. i. iudiciorum dei/in rota uersali: reuertun tur illi/& expellunt alios: & cede crudeliori crassantur: & mala multiplicant. & impletur illud Esa.xxviii. Manda/remanda. man da remāda. Expecta/reexpecta. modicū ibi: & modicum ibi: ut ua dant & cadant retrorsum/& conterentur/& illaqueantur/& ca/ piantur. hec ibi. Mādat enim una pars aliam expellendo. Alia ue ro pars remandat/eamq; se ꝓscripserat expellēdo. Expectat pars expulsa/suam reuersiōem. Et similiter alia emissa/ expectat suum regressum. Modicum ibi/& modicum ibi. s. remanent / bona tpa lia q̄ sibi adinuicem occupant. sicq; uadunt ad mortem/ & cadunt retrorsum/ut nō uideant casum suum. & conteruntur in puluere miseriarum. O igitur infœlices/& perditi partiales. quare non cō sideratis tot damna/q̄ ex his partialitatibus uobis eueniunt. s. aïæ eterna damnatio: corporis occisio: filiorum /consanguineorum & amicorum uestrorum pericula/& detrimēta/q̄ patiuntur/ac bonorum tpalium cōsumptio. Multotiens cōtingit uobis expelli a propriis

[Margin: Mediolanū. — Roma. — Saluator. Luc.xi. — Nota hic mi seriā ptialiū. — Esa.xxviii. — Exclamatio attractiua p tiales ad bo nam pacē.]

habitationib⁹.& mēdicare uictum uestrum /more pauperum.mō apud principes.mō apud alios.& ubi habetis prandium/Ignoratis an abetis cenā.O stulti/O frenetici/O fatui.Ecce quāta mala pa/timini pro nihilo.Reuertimini igit͛ ad cor/& pacē habete cum pro ximo.Altissimum humiliter depcor/quatenus uestras obcecatas

Exclamatio ad prædica/tores.

dignetur illuminare mentes.O uerbi dei precones/uoces uestras exaltate/& incessanter clamate cōtra istos pditos partiales/sibiip sis nō cōpatientes/quib⁹ ego multum cōpatior.Nolite timere eos: sed timete eum/q postq̄ occiderit corpus/habet potestatē mittendi

Exclamatio ad confesso res.

animā/& ex inde corpus/ad æterna supplicia. O/cōfessores: caue te ne talibus absolutiōis bñficium impēdatis:ne cum ipsis ad æter nos ignes deputemini:quoniam absolutionis bñficii nō sunt capa/

Alia ad cu/ratos aiaꝝ.

ces:ut supra dictum est.O curati:nolite eis ecclesiastica ministrare sa cramenta:qm̄ illis/indigni sunt:ut supra declaratū est.Et si(quod absit)cōtingat administrare:absq̨ dubio mortalissime peccatis:& a deo puniemini tanq̄ mercēnarii/& lupi rapaces : qui nō intrastis in ouile ouium:sed aliunde.s.symōiace/pce/uel precio:prout sunt illi/q nō curant custodire oues ꝑpter deum:sed pro tpali lucro/& mercede:nō curātes nisi tondere oues : nolētes eas pascere uerbo doctrinæ sanctæ/& exēplo bonæ uite.nec defendere a lupis infer nalibus.Nō em̄ clamāt cōtra lupum uenientem:uitiare darguendo & canonice illa puniēdo:& ꝑ gregib⁹ deum exorādo. Multi proh dolor nr̄a tempestate sunt/pastoꝝ locatenentes/ q supradicta face re nolunt:neq̨ sciunt.& diuini uerbi pcones/uix admittunt ad in structionē suoꝝ populoꝝ.Heu/tales pro nullo pcio reputāt aiam:

Bern.

eo quia plus curāt de equo/uel de asina/q̄ de aīa : ut inqt Bern.ca dit asina/& ē q subleuet.Perit aīa/& non est q requirat. ¶Certe

Sine morta li culpa non sunt q nolūt extirpe ptia litates cum psit.

nō sunt sine mortali culpa illi/q ex negligētia corrigeṙ nolunt nec extirpare istas maledictas partialitates cum possunt/& debeāt ex officio:quia ut dicitur in.c.culpam lxxxvi.dist. Culpā ꝓculdubio facientis habet/q quod pōt corrigere negligit emēdare.Et Augu.

Aug.

(ut hr̄.xxiii.q.iiii.c.q.)ait.Qui pōt obuiare & perturbare peruer sos/& nō facit:nihil aliud est/q̄ facere impietatem eoꝝ. Per negli gētiam em̄ corrigēdi cecidit Heli cum filiis suis Ophi/& Phinees.

.i. Regn .ii.

i.Reg.ii.Vnde Ecclesi.x. Regnum de gēte in gentem transfertur

Eccle.x.

ꝑpter iniusticias/cōtumelias/& diuersos dolos.Sicut patet de mo

Daniel.vi.

narchia Assyriorum translata ad babilones:et a Babylone in per

.i.Macab.i.

sas & Medos. Daniel.vi.Et ab illis in grecos.i.Machabeorum.i.

Et ab illis in Romanos. Caueant ergo sibi reges/ & principes/ne suis priuentur ciuitatib⁹: eo quia pestiferos partiales nõ puniunt. Ipsi em̃ ex necessitate officii / tenentur purgare prouincias malis hoibus. Vñ Augu.lib.iii.ad Greschonium . In hoc reges seruiunt deo: si regno suo bõa iubẽt: & mala prohibẽt. Nõ solum q̃ ptinent ad societatem humanam: sed ad religionem diuinã. Rex enim ut dicit qdam moralis philosophus. debet se habere ad subditos suos/ sicut pastor ad oues. Dr̃ etiã in iure ciuili/ ꝙ ptor seu rector/nullatenus debet pati ad arma/& ad rixas ꝑcedere illos / quos potest suo iure debite cõpellere. ❡Ad extirpandas igitur maledictas & diabolicas partialitates/& euitãda tot peccata / q̃ fiunt quotidie ĩ multis terris/ꝓpter ptes: uidetur bonum & laudabile/ ꝙ fiat statutum a principibus tpalibus/uel spiritualib⁹: ꝙ nemo deinceps nominet partialitates. uel aliqd faciat uel portet significans partialitatem: ut puta caligas diuisionis. uel alia signa. Et ꝙ ep̃s/uel eius uicari⁹/ generalis in sua diocesi /per se/uel alium probum uirum/simul cũ commissariis ad hoc deputatis a pricipib⁹ ciuitatis/ uel terræ/una etiam cum aliquib⁹ religiosis in terris partialibus ubi hec fieri debent/accepta diligẽti informatione de ꝓbitatis sofficiẽtia hoium dictæ ciuitatis/uel terre/eligãt ex illis cærtum numerum: ex quib⁹ postea preficiantur singulis tpibus/cõ[?]octi officiales. & tales eligãtur/non habita ptis consideratione : sed idoneitatis & probitatis: eisq; detur iuramẽtum de fideliter seruiendo toti cõitati/non habita aliqua affectione ad aliquã ptem/& moriente uno / subrogetur alius eodem mõ /cum predicto iuramento . Et hoc modo / paulatim ad nihilum deuenient partes / & nomina eorum . Vhe autem principibus si non curent extirpare dictas partes : cupientes tales diuisiões ẽẽ ĩ suis terris: dicẽtes ꝙ ipsi tunc sont magis securi/ꝙ nõ concordabunt inuicem contra eos. Hoc est proprium tyrãnoꝝ qui q̃runt sua commoda cum damno communitatum & subditoꝝ & offensa dei. Boni autem principes / bene tractant populos suos. & ideo sont securi ꝙ contra eos non rebellabunt/& gaudẽt ꝗando eos uident simul concordantes: quia tanto erunt in suo adiutorio fortiores/& potentiores. ❡Ad te nunc O optime Carole imperator/qui iure dominari debes toti mundo/sermonem meum dirigo. Fœlix anima tua / & uere benedicta /si tua ingenti potestate has diabolicas ptialitates/in partib⁹ Italiæ annichilares. Scire em̃ debes ꝙ si te Christus super suum popolum in impatorẽ instituit/

Aug.

Mod⁹ tenẽdus ad extirpãdas diabolicas ptialitates.

Exortatio ad Imperatorem ꝑ extirpãdis ptialitatibus.

ut in deliciis torpescas: sed ut suum populum iustitia/uita bona/ pariterq; exemplo edificare/ac munire habeas. Imperator em̄/& alii principes/uitā subditorum facile exēplis suis uel edificant/uel subuertunt. Nam impator seu rex/qui ruit in uitiis cito uiā osten dit erroris. Animus imperatoris/& regis/semper se debet cōferre ad regias uirtutes. ad pietatē/clementiā/misericordiā/mansuetudi nem/humilitatem/castitatem/modestiam/dilectionem/beniuolē tiam/puritatem/& mundiciam fidei catholicæ. Omnia ista sunt præciosa monilia maiestatis imperatorie. Dignitas em̄ serenissimi imperatoris/& conuersatio eius/est in tota religione christiana/ quasi in sublimi monte constituta/sicut signum ad sagitam. Ideo qcquid fecerit: quicqd ordinauerit in honorem Christi/id sibi oēs faciendum putabunt. Vt igitur itegritas catholicæ ueritatis/quæ ī corde & mente latitat/p fructum boni opis exterius conetur erum pere: conare aliqd facere/quod resultet ad laudē Dei: & salutem christiane religionis. Inter omnia autē laudabilia opera/ualdeq; necessaria catholicæ fidei/q̄ explere debet Impator serenissimus pro suæ dignitatis/ac religionis christianæ salute/nullum maius/ nullum honorabilius/nullum deniq; gratius deo offerri potest: q̄ primo pauperculam christianitatem reformare/& a scismatycis/ ac hereticis/iudeis/partialibus/ceterisq; peccatis/purgare: & illā ad bonam pacem deducere: Ac inde una cum aliis pricipibus chri stianitatis/barbaras gentes/turchorꝫ perfidiā/cæterosq; populos/ qui falsos ritus/ac deos colunt/expugnare: atq; in frena submitte re. & sepulchrū Christi Iesu a paganis possessum/& usurpatum/ recuperare. Talia qppe exercitia apud Impatoriam maiestatem/ & christianorꝫ pricipes/semp florere debēt/et nō uana spectacula/ & superfluæ uenationes/ac aliæ fluxibiles deliciæ hui⁹ seculi/quæ faciunt hoiem ad tartareas regiōes descēdere. Nulla (crede mihi/ teste Aug.) maior insania: q̄ pro delectatione momētanea/perde re æterna gaudia: & obligare se ad æterna supplicia. Qui ī deliciis huius mundi/transit uitæ suæ curriculum/similis est latroni/qui per florida prata ducitur ad suspendium. Et qa talia caduca sancti Imperatores/ac alii sācti xp̄iani reges/non secuti sunt: sed semper p honore & gloria christianæ religionis/totis reassumptis uirib⁹/ decertarunt: atq; seipsos/suaq; ob reuerentiam ecclesiæ Christi/ dederunt in mortē: Ideo merito ad illa ineffabilia paradisi gaudia peruenerunt. Expergiscere igitur O mi Imperator/& fac aliquod

Aīus impatoris ad q̄s uirtutes se debet ɔferre

Op⁹ deo gratius/qd Imperator facere posset.

Exercitia pricipib⁹ xp̄iāis spectātia.

Aug.

Sācti Impatores/& sancti christiāi Reges.

dignum laude. Tempus enim est. Non credo te ignorare quæ/& quanta mala/ille crudelissimus canis/christianæ religioni intulit. Vhe principibus christianis/qui uitam suam in delicus ducunt/& inter se ut canes se occidunt. Et religio christiana/in dies cõ[?]rui tur:& nomen Christi fere ubiq; terrarum blasphematur. Caueãt caueant isti/ne gladius Dei ipsos deuoret. Ne igitur deus irascatur contra te. Christianitate reformata/& ad bonam pacem ac tran quilitatem deducta/ assume uexillum crucis/& perge ad re/ primendum rabiem illius scæuissimi canis. & non te terreat sua in anis potentia: quia si Christus est tibi adiutor/quis hominum tibi resistere poterit? Memento illius Gedeonis/qui cum tricentis ui ris/exercitum Madian debellauit/qui erat sicut arena maris. Memento etiam & aliorum/qui cum paucissimis uiris/magnos exercitus debellarunt. Non enim speratur uictoria in multitu dine populi. Deus est/qui dat uictoriam. Plus ualet unus homo orando/q̃ innumeri homines præliando. O qualis honor. O quale meritum. O quale premium tibi erit: si tam præclarum opus/ tuis humeris imposueris. Sed caue obsecro/ne ab adulatoribus/ fictis/blandisq; sermonibus/a tanto præclaro opere/retraharis. (Crede mihi) Meliora sunt uulnera diligẽtis/q̃ fraudulẽta oscula blandiẽtis. Isti maledicti adulatores:quot Principes/quot Reges/ a factis dignis laude/retraxerunt?& in sterquilinium deliciarum huius mundi/proiicierunt? Si contempseris eorum adulationes/ beatus eris. Caueas etiam ne proditor mundus te decipiat. Cun cta bona promittit: sed omnia mala profert. Promittit uitam: sed donat mortem. Promittit florem/sed cito uanescit. Promit tit gaudium/sed largitur mœrorem. Promittit quietem/sed ecce turbatio. Promittit stare/sed cito recedit. Dic mihi. Vbi sunt ama tores mundi/qui ante pauca tempora nobiscum fuerunt? Nihil ex eis remansit/nisi cineres & uermes. Homies fuerunt/sicut & nos. Comederunt/biberunt: duxerunt in bonis apparentibus dies su os:& in puncto ad inferna descenderunt. Hic caro eorum uermi bus/Illic anima eorum æternis deputatur suppliciis/donec rursus infœlici collegio colligati/sempiternis inuoluantur incendiis. Perge perge igitur cõtra illos maledictos Turchos/& ne differas/ si optes in terris/& in cælis/tibi magnum honorem adipisci. Q đ tibi concedere dignetur ille/cuius prouidentia cuncta reguntur: & qui est benedictus per æterna sæculorum sæcula. Amen.

Cõminatio malis princi pib9 xpianis.

Hic exhorta tur Impera tor/ut refor mata xpiãita te:pgat con tra ĩfideles.

Exẽplũ Ge deonis.

Hic inuehiť cõtra adula tores princi pum.

Fallacia mũ di.

Nunc ad practicam nostram/seu propositum/redeundo.

inuentor omnium malorum: ut posset facilius & aptius adducere homines ad opera carnalitatis. Nam ibi est tempus & commoditas loquendi/palpandi/& multa alia lasciuia faciendi. Et inde sequuntur matrimonia clandestina/fornicationes/& adulteria: diffamationes mulierum/ & uirorum: partialitates / contentiones. Sepe propter tales choreas destruuntur amplæ familiæ / castra: ciuitates/prouinciæ/ac regna. Quapropter ecclesia prohibet Christianos ducere choreas diebus festis / & tempore deuotionis / & penitentiæ. Vt a septuagesima usq; ad octauã paschæ: quo etiam tempore prohibetur nuptiarum solennitas. trigessima tertia dist. cap. non oportet & capitu. sequentibus. Ab aduentu usq; ad Epiphaniam. Et a feria secunda ante ascensionẽ dñi/usq; ad secundam feriam post octauam penthecostes exclusiue. Extra de feriis: capitulo capellanus. Vnde curati animarum grauiter peccant non auferentes pro posse has dissolutiones: quia ut dicitur in capitulo error. lxxxiii. distinctio. Error cui nõ resistitur approbat̃. Non solum igr̃ choreas deuitet bon⁹ xp̃ianus: sed nec aspiciat. ¶ Peccata sua mane & sero anteq̃ cubiculum intret confiteat̃ deo. Et semel in mense/uel saltem ter in anno: ut in paschate /in festo penthecostes/uel corporis Christi/& natiuitatis domini/etiam sacerdoti ea pandat. ¶ Aliquem bonum uirum / & fidelem amicum / studeat habere cum quo conuersari habeat. ¶ Quod sibi nolet fieri: alteri non faciat. ¶ Salutem proximi: ut propriam diligat. ¶ Deum super omnia timeat: ut cum illo regnare ualeat per infinita sæculorum sæcula Amen. ¶ Ad practicã nostram redeuntes. ¶ VBI sunt nunc illi ueri/& feruentes inquisitores fidei? cum tot sortilegi & sortilegæ/immo & heretici uigeant in christianitate? Et si aliqui sunt: quam inquisitionem faciunt? Et si quam faciunt: quomodo faciunt? æquidem (non dico contra bonos) bursarum & pecuniarum inquisitionem faciunt. Nam si diuites sunt malefactores / ut bona eorum rapere ualeãt in exilium illos mittunt. Et solum non ualentes se redimere puniri tradunt. Immo nõnunq̃ imponunt maliciose & fraudulenter/crimẽ heresis alicui: ut aliquas pecunias/aut bona tpalia ab eo ualeãt exigere. Et ubi procedẽdum est/aliquãdo amore lucri/ aut consanguinitatis/uel alteri⁹ commodi tpalis/cõtra iusticiam/& conscientiam/omittunt procedere. Qui tamen si Episcopi sunt/ab officio per triennium suspensi sunt. Si uero inferiores Epis: ipo facto sunt excõmunicati excõicatiõe papali. Cle.

Quo tpe ꝓhibetur choreæ.

Peccant curati. &c.

Hic inuehitur ɔtra malos inquisitores.

Nota hic Inuectiuã otra malos pdicatores.

multorũ de hereticis. ¶ VBI est etiã nunc in pdicatoribus scientiæ singularis peritia: & odor bonæ uitæ? Respicite si oẽs faciunt quod alijs pdicant de necessitate faciendum? An sint plures/q exemplo negant: quod uerbo pdicant. Nõne plures pdicant cõtra luxuriã: qui luxuriosi & sacrilegi cõprœhendunt̃? cõsortiaq; muliercũ semp delectãtur. Sunt & alij q cum pleno uentre/de ieiunijs libenter disputãt? contra quos sic eloquitur Hieronymus super Micheam. Cõfusio & ignominia est Iesum crucifixum pauperem & esurientem/ farsis pdicare corporibus: & ieiuniorũ doctrinam per rubentes buccas/tumentiaq; ora proferre. Aliqui uero inuehunt contra auaritiam/q nõnunq̃ faciunt usuram: & sæpe cõmittunt symoniã dum de diuino uerbo faciũt merchantiam. Nam nullis pecunijs cõtẽti/ nulla mercede satiati/adeunt urbes/uicos/portic⁹/tẽpla/domos/ orbem/& maria puertunt ad pecuniã eruendã. futuros expauescẽtes languores/& cõtinuis langoribus cruciãtur/nunq̃ corpori nec animæ indulgentes. Contra tales qui bona predicant: & mala operantur/sic clamat diuus Hiero. Est eñi doctor falsus/gladius anceps. Hinc scindit opere. hinc percutit & interficit uerbis dolosis/ & iniqs. Quomodo ignis frigiditatẽ donat? aqua caliditatẽ? Lapis sursum graditur? Et uir luxuriosus quã prædicabit castitatem? Et si pdicat/quæ audientibus inde ueniet utilitas? Quid potest dicere audiens nisi. Quare uoce prædicas/quæ opere denegas? Bene dicens ore/& male uiuens opere/semetipsum damnat. Et ad Nepocianum Idem ait. Non cõfundant opera sermonem tuum/ne cum ĩ ecclesia loquaris/tacitus qsq; respondeat. Cur hæc quæ dicis/ ipse non facis? Accusare auaritiam/etiam latro potest. Et ad Occeanum scribens etiam inquit. Perdit auctoritatem docendi/cui⁹ sermo opere destruitur. ¶ Et quæ ẽt abusio inoleuit hodie ĩ quosdam prædicatores/ut unus contra alterum prædicet: ĩ scãdalum & perturbationem populi christiani? qui iam nescit cui credere. Prædicant illi obiurgando uitia. Mulieres christianæ deferentes caudas longas: auro & argento/ac alijs monilibus ad pompam se ornãtes: aut capite non uelato/incedentes/non sunt sine mortali culpa/ Et si non se correxerint: faciem non uidebunt Christi. Alij uero totum oppositum prædicant/dicentes hoc non esse uerum: Et ad probationem sui erroris contra dicta sanctorum patrum (ut patet ex supra dictis de uanitatibus mulierum) incongrua sibi aptant exẽpla: ut puta de Iudith. de Maria magdalẽa. de beata Cecilia/

Hiero. (beside "putãt? contra quos sic eloquitur Hieronymus")

Hiero. cõtra malos doctores.

Idem.

Idem.

Abusio quorundã pdicatorũ.

quæ sub uestibus præciosis cilicium gerebat. & de pluribus aliis. O Adulatores & non prædicatores: querentes quæ sua sunt: non quæ Iesu christi. Hi in sermonibus suis magis loquacitati/ q̃ homi num utilitati/ student. Prorumpunt in multa uerba: nec curant qbus unguentis/ possint mederi cõscientiis. Et ab ipsis ita uitia ho minum cohercentur: ut illa mulcere uideantur/ oleum atq̧ opam (ut aiunt) perdentes. Id in causa est: quia huc & illuc uagantur: prout liguæ fert libido: non languoribus quibus anima detinetur subuenientes. Nam per dulces sermones & benedictiones ac pro fundas genuflexiones (ut ita dicam) seducunt corda innocẽtium/ Regum/ pricipum/ dñorum/ nobiliumq̧: necnon & pauperculaꝝ mulierum/ eis more hypocritarum adulantes. O q̃ pauci sunt in mundo boni prædicatores & apti/ ac litterarum periti/ sicut de cet. Sed adulatores & ceretani/ ac nugaces reperiuntur multi: qui ex ignorantia/ multas disseminant hereses/ & erroneas opinio nes. Vnde Hierony. super Micheam. De eloquentibus & pronun ciantibus plenus est orbis. loquẽtur quæ nesciunt. docent quæ nõ didicerunt. magistri fiunt cum discipuli ante non fuerint.

Exclamatio 9tra ꝑdictos malos ꝑdica tores.

¶ SED quid dicemus etiam de confessoribus? Pensate deniq̧ & respicite si omnes/ regulas seu conditiones/ quibus illustrari debent/ teneant? Si uidelicet sint bonæ & honestæ uitæ: quorum ministerio iustificantur impii: reconciliantur rei: sanantur in ani ma infirmi/ atq̧ resuscitantur mortui. Vnde Aug. super ps. xxvi. sermone. ii. Talem esse oportet sacerdotem domini/ ut quod popu lus pro se apud deum non ualet: ipse pro eo mereatur impetrare. Iudicans enim alium qui ipe est iudicandus/ condemnat seipsum. de peni. distinctio. vi. c. qui uult. Quapropter dicunt doctores: ꝙ existens in peccato mortali/ peccat mortaliter/ absoluendo alium: nisi prius peniteat. ¶ Præterea sacerdos in cõfessione debet ani mas instruere/ docere/ arguere/ & a peccatis quantum potest reuo care. Sed malus confessor/ & peccatis inuolutus/ quomodo hoc fa ciet? Nam si sibi malus/ cui bonus? Et de anima sua modicum cu rans/ quam curam habebit de aliena? Quomodo enim audebit alium arguere de crimine/ ille qui in eodem & maiori est inuolut⁹? cum dicat Hierony. in suo transitu. Quomodo prædicabit Aua rus de paupertate? Luxuriosus de castitate? & inuidus de charita te? Immo quod peius est/ nõnulli luxuriosi confessores ubi debent i cõfessione iuuẽculas bonos mores instruere/ eas docẽt luxuriari/

Inuectiua cõtra malos cõfessores.

Aug.

Peccat mor talr̃ q ĩ pctõ mortali au/ dit confessio nem.

Hierony.

dicētes q̄ hr̄e rem cum ipsis sacerdotibus/non est peccatum: imo meritum. Propterea dico q̄ sacerdoti fornicatori publico/seu concubinario/nō debet qs confiteri/nisi in extrema necessitate constitut⁹ alium nequeat habere. Cuius rō est scd̄m docto. quia qcunq̄ in mortali crimine existēs executionem alicuius ordinis operatur/ mortaliter peccat: & ex cōsequēti/q ad hoc eum inducit: qa digni sunt morte/nō solum q faciunt ea: sed q cōsentiunt faciētibus. Ad Rom.i. Nō eñ debēt hōi xp̄iani facere sicut qdā usurarii/& cōcubinarii/ac alii pessimi homines/malis confessoribus animas suas commendare: q nō ex charitate cōfessiones audiunt/nec salutē aiaꝝ querunt: sed honores/ac complacentias/bursas pecuniis euacuādo: aut ad malum solicitātes/absoluunt a quibus non possunt absoluere. non faciunt cōscientiā de rapinis/& de grauissimis peccatis mortalibus. Vnde hodiernis temporibus/tot uanitates mulierum? tot concubinarii? tot usurarii? tot lusores? tot peccata/& tot malæ cōsuetudines? nisi ꝓpter supportationem malorum confessorum: q absoluunt marsupia/& nō conscientias: de quorum manibus requirentur animæ pereuntium: iuxta illud Augu. in lib.i. homeliaꝝ/homel.vii. sic dicētis. Si pro se unusquisq̄ uix sufficit ī die iudicii reddere rōnem: quid de sacerdotibus futurum est, a quibus sunt oīum animæ requirendæ? quasi dicat. Male. Vnde o Deus clemens/q̄ non est aliquis tam scæleratus/icorrigibilis/& obstinat⁹/ q nō inueniat cōfessorem? Profecto est/quia tales mali cōfessores (ut iam dixi) dant unam absolutionem capiti: aliam marsupio/uel flasculo uini (ut sic ironice loquar) dicentes sibi cōfitenti. Domine quinq̄ talēta tradidisti mihi. Et ideo absorbeo te. Sed melius absorbentur a diabolo patre eoꝝ post mortem/si nō penituerint. Quid ulterius scribā? Nunqd oēs nunc cōfessores/sunt legisꝑiti? Videat si hodie plures/immo quasi maior pars sacerdotum se ad audiēdas cōfessiōes exponāt/q nunq̄ cōsciæ casibus/studuerunt? Immo uix legere sciunt. nesciētes discernere inter leprā & leprā: Ad quos tñ tpe paschatis/usurarii & cōcubinarii/raptores & fornicarii (q metu ignis/uel ne dicātur marrani/cōfitētur) libentius currunt/q̄ ad graues & pitos cōfessores: nō attēdentes dicto Aug. & ponitur de peni.di.vi.c.q uult. Qui uult cōfiteri pctā sua/ut inueniat grām/ q̄rat sacerdotem scientem ligare & soluere: ne cum negligēs circa se extiterit/negligatur a deo: q eū misericorditer/monet. ne ambo in foueā cadant: qa si cecus ceco ducatū p̄stat/ambo ī foueā cadūt.

Sacerdoti malo nō debet qs confiteri.

Roma.i.

Nota.

Augu.

Cōfessor debet esse legisperitus.

Aug.

Caueat ergo spūalis iudex: ut sicut nō cōmisit crimē neqtiæ: ita nō careat munere sciæ. Oportet. n. ut sciat cognoscere / qcqd debet iu dicare. Hec ille. Ad ꝓpositum. ¶ VBI est nunc q nō ꝑmittātur in ciuitatibꝰ & uillis / fieri artes a legibꝰ ꝓhibitæ: ut taxilloꝝ & cartu laꝝ / quibus ludi fortunæ exercētur: ex qbus tot & tāta ꝓueniunt mala: ut blasphemiæ / uiolationes festoꝝ / furta / lites / iurgia: crapu læ / discursus p tabernas / & hmōi. Quare pricipes / & Epi non pro hibent / ut talia non fiant nec uēdantur in territoriis suis? Nonne oīs ludus ubi pecunia pditur / prohibitus est? Cærte sic. ut patet. ff. de aleatoribꝰ. l. solēt. § .i. ubicūq talis ludus fiat / siue publice / siue priuatim. Et facientes / uendentes aleas / taxillos / cartas / siue alia instrumenta: quibus ludus fortune exercetur / nō uidētur posse ex cusari a pctō mortali. Vnde nec absoluēdi sunt / nisi talia dimittāt. Aug. de peni. dist. v. c. falsas. c. negocium. & . c. fratres. Immo domi ni / rectores / iudices / ꝑsidentes / uel Officiales / q ex officio tenētur prouidere ne illicita fiant in territoriis suis. ff. de officio ꝑsidis. l. cōgruet. & . l. illicitas exactiones. si nō corrigunt / aut non puniant maledictos lusores: oēs sunt participantes in ludo / & oīum pctōꝝ / quæ fiunt in eo. Nā maleficium non debet remanere impunitum. ff. ad. l. aquil. ita uulneratus. Participant quoq in ludo / qui scien ter ludentibus cōcedūnt barataries / cameras / uel domos ad luden dum. ff. de adulteriis. l. qdomum. Itē: q astant super ludo inspicien tes. Nam prohibitum est ludentes inspicere / nō ꝓpter se: sed ꝓpter multa peccata / q̄ inde eueniunt. C. de epis / & cleri. auct. interdici mus. & extra. de ui. & hone. cler. c. clerici. Multa eīn ꝓhibētur: nō qa sunt mala: sed qa inde pōt sequi malum. xxi. distin. c. deniq. & xxxvii. di. c. iō. & . xi. q. iii. c. nolite. Participāt quoq ī lūdo accom / modātes / uel dātes taxillos / aleas / uel tabulerium / uel cartas. Nō eīn debent huiusmodi illicita accōmodari. Insti. de obliga. q̄ ex deli cto nascunt. § . opem. Itē instigātes / rogātes / & aliter faciētes ad lu dum. ff. de aleatoribus. l. is cuius. Vel q pecuniam dant lusoribus ut nomine suo ludant. quia qui per alium facit. per seipm facere ui detur. ff. de admini. tutelæ. l. Si ita. § . Gessisse. & . l. tres tutores. § . nō solum. Participāt insupi ludo parētes q nō ꝓhibent filios / uel nepotes / aut eos de qbꝰ curā hn̄t. Sciūt freqnētare tabernas & ma las societates / & nō curāt: utiq pticipāt: qa dicitꝰ. Nō solum q fa / ciunt / &c. Participāt deniq cōsumptores dānabiliter acqsitaꝝ ex ludo: ut cōpagnoni / qui de cōuiuiis lusoꝝ comedunt: ut uxores / &

Inuectiua contra lusores.

Oīs ludus &c.

Oēs partici / pātes ī ludo.

Aug.

Præsidētes & officiales

Cōcedētes. &c.

Inspiciētes.

Accōmodātes taxillos / &c.

Instigātes.

Parentes.

Consumptores.

Acqsita p ludum fortũæ debent restitui.

filii/& reliqua familia sustentans se de huiusmodi illicitis. Nã acqsita p ludum fortunæ debẽt restitui/scdm cõmuniter omnes theologos in.iiii.dist.xv.& canonistas.in.c.Eps.xxxv.dist.& ibi glo.& legistas.ff.de aleatoribus.l.fi.ubi est textus ad litteram. ¶ Ad practicam redeũtes. ¶ IVDICATE etiam si tanta imaginum & picturaꝝ in ecclesiis uarietas expediat? Et an plures simplices non nunq̃ ad ydolatriam peruertant? Et si tamen expediret in ecclesiis imaginũ uarietas. Cur pdicatores nõ admonẽt populum christianum: & maxime simplices/de reuerentia imaginibus exhibenda? ne ex ignorãtia cunctorum errorum matre/cadãt in ydolatriam. maxime cum sint aliq/qui seminãt & dicunt eodem actu/adorandam esse imaginem/& illud cuius est ymago? Quod(saluo iudicio ecclesiæ)nõ uideo esse bene dictum: ut eodẽ honore honoret' De' & ymago eius. Sed mihi uidetur dicendum/ꝙ neq3 adoro imaginẽ Christi quia lignum/nec quia imago: sed adoro xp̃m coram imagine xp̃i.qa.s.imago Christi excitat me ad amãdum Christum. Hic modus loquendi originem uidetur trahere ex dicto quodã bti Gregorii/q Sereno Epõ massiliensi/imagines destruẽti ne adorarẽtur: ita scribit.ut hr̃ de cõsecra.dist.iii.c.perlatum. Perlatum ẽ ad nos ꝙ incõsiderato zælo succẽsus/sanctoꝝ imagines sub hac quasi excusatione ne adorari debuissent/cõfregeris. Et qdem quia eos adorare uetuisses oĩno laudamus. Fregisse uero rep̃hendimus. Dic frater. A quo factũ sacerdote aliquãdo auditum ẽ/quod fecisti? Aliud est.n.picturã adorare. Aliud p picturæ hystoriã qd sit adorãdum/addiscere. Nam quod legẽtibus scriptura: hoc & ydiotis præstat pictura cernẽtibus.qa' in ipsa ignorãtes uident quod sequi debeant. In ipsa legunt/q literas nesciunt. Vnde & præcipue gentibus.i.laicis p lectione pictura est. Ad idẽ uidetur sonare Damasce. lib.iii. sniaꝝ dicẽs. Quia nõ oẽs noscunt lr̃as/neq3 lectioni uacãt. Patres excogitauerunt uelut quosdã triumphos ĩ imaginib' hoc describere ad uelocẽ memoriam. Quapropter multotiẽs nõ scdm mẽtẽ habẽtes dñi passionem/imaginẽ crucifixionis xp̃i uidentes/& salutaris passionis memoriã ueniẽtes procidentes adoramus Xp̃m. Ecce dicit Christum adorari ad inspectionem imaginum docentium in notitiã rememoratiuã Christi. Hoc ẽt dr̃ in.c.uenerabiles de cõse. dist.iii. Venerabiles inqt imagines/xp̃iani nõ deos appellãt: nec seruiunt eis ut diis. nec spem salutis ponunt ĩ ipsis: nec ab eis expectãt futurum iudicium. sed ad memoriã & recordationẽ primitiuorum

Hic agit' de imaginib'.

Gregorius.

Damascen'

uenerantureas & adorāt. Et īfra. Sed non seruiunt eis imaginibus cultu diuino: sicut nec alicui creaturæ. Quo innuitur imagines nō adorari latria. ¶ Si tñ bene attēdatur. Inter istum meum modum loquendi: & prædictum. s. illoꝝ q dicunt eodē actu esse adorādam imaginē/ & illud cuius est imago: maior discordia erit in locutiōe/ q̄ in re. Vterq̧ eñi modus hoc itendit/ ꝙ creatura adorari nō debet latria adoratione per se tanq̄ terminus adorationis. & hoc latria ꝓprie dicta. Vterq̧ ēt admittit ꝙ ad appræhensionē imaginis. mens fertur cognitiue & affectiue in prothotipum ipm adorādo. Vterq̧ ēt modus admittitit ꝙ uidens imaginē hēt actum aliquem respectu imaginis q terminatur ad imaginem ipam ut est repræsentatiua imaginati. An autē aliqs hoꝝ actuum debeat dici adoratio imaginis. uidetur esse diuersitas. Quæ qdem uidetur ita resolui posse. ꝙ act⁹ ille quo cognitiue & affectiue feror in prothotipum sit adoratio latria dubium non est. Vtrum autē actus quo/ feror in imaginem debeat dici adoratio? Dicitur ꝙ est adoratio analogice & īproprie. Non autem ꝓprie/ qm̄ est respectu creaturæ. Si uero unus act⁹ fuerit exterior. uel unus elicitus iterior respectu utriusq̧ imaginis & prothotipi: ille est adoratio latria proprie quatinus terminatur ad ꝓthotipum. Et adoratio anologica inquantum terminatur ad imaginem. ¶ Ex his oībus patet quorundam hoīum stolidus error/ qui adeo ad imagines afficiuntur/ ut in ipsis credāt esse aliquod numinis gřæ/ uel sanctitatis: quib⁹ potētes sint facere miracula. ꝓstare sanitates. eripere a piculis. & a nocumētis/ ac insidiis preseruare. Ex hoc assurgentes ad eoꝝ uenerationem/ ut ꝓmissoꝝ aliqd ↄsequantur. ¶ Arguitur ex eodē nōnulloꝝ indocta simplicitas/ & indiscretio: qua reuerētius adorant imagīes pulchras q̄ turpes. nouas q̄ uetustas. aut ecōtra: ornatas uenustiori auro/ & purpura: q̄ nudas/ credentes eas eo sanctiores/ quo ꝓciosiores. Et (ut Bernardus ait) offerentes libentius auro tectis/ ubi magis cernitur diuitiaꝝ cumulus. ¶ Arguitur & aliorum rudis leuitas/ qui improuide uota emittunt. ad peregrinandum se obligant. nunc ad illā: nunc ad aliam ecclesiam/ intuitu certaꝝ imaginum: credentes illa maiori in illa/ q̄ similes in aliis fulgere uirtutibus/ clarere miraculis. & maiori fulciri ꝓtāte. Hec omnia in uanā transeunt superstitionem. In quam non inciderēt/ si rationem adorationis/ ac ueri cultus attenderēt. Aut si ignorant informationem humiliter a doctoribus recipent. Patet siquidē imagines fore res isensibiles/ quæ ex certa partium

Quō cōcordant duæ opiniones circa uenerationē imaginum.

Dubium.

Resolutio.

Nota hic quorūdā hominū stolidū errorem.

Arguitur ēt hic quorūdā idiscretio/ & fatuitas.

Bernar.

Redarguit hic quorūdā rudis leuitas

suarum figuratione & ordine/imaginis nomen sortiuntur. Vnde eis cōuenit res alias significando repraesentare. Ratio autem adorationis in Deo/est perfectio summa/ac uniuersalis praesidentia. In creaturis uero ē aliqd diuinum: puta uirtus/potestas/aut excellentia aliqua singularis a deo participata: quorum quia neutrum reperitur in imagine: nulla talis pp se adoranda est. neq; auxilium quodcunq; ab eis postulandum est. Neq; eñ uident/neq; audiunt: neq; se intelligunt uenerantes. Sunt eñ creaturae inanimatae/quibus nec est sensus/neq; intellectus. Omnia eñ quae dicta sunt a deo/& a sanctis quorum sunt imagines/qui & per se coram imaginibus adorādi sunt fideliter expectantur. Ipse uero imagines per accidēs honorantur. non pp uirtutem/potētiā/aut gratiam eis inexistentem: sed pp repraesentationem eorum/quibus talia insunt. Hinc (ut supra allegatum est) neq; ipsis/ut diis seruim⁹: nec spem salutis in eis ponimus: nec iudicium ab ipsis expectamus. ¶ Quod si aliquando miracula fiunt hominib⁹/etiam ad ea confluentibus/adiutoria aut sanitates pstantur. Nō hec uirtute imaginum: sed uirtute dei/ministerio bonorum angelorum ad intercessiones sanctorum/cōtingūt. Vel etiam nōnunq̄ opatione demonum/ad fallēdum inordinatos cultores/deo permittente/exingente talium infidelitate. Nec tū propter hoc imagines proiiciendae sunt/aut de oratoriis eliminandae: occasione idolatriae diuitandae/cum non constat hoc esse certum. Aut peregrinatiōes ad certas imagines/uel certa loca/presertim consecrata: uel etiam consecranda/penitus reprobanda. Non eñ usq; quaq; negandum est/quin in certis locis singulariter relucēt beneficia dei/& maiora/& crebrius/q̄ in aliis: uel propter sanctorum reliquias ibi conditas. Vel occulta mysteria futuris temporibus ibi celebranda/aut celebrata. Vel alias causas nobis occultas: propter quas deus unum locum eligit suo cultui/non alium. Sic primo elegit tabernaculum/quod per Moysen erigi mandauit. Deinde locum in Sylo. Deinde templum Salomonis in hierusalem. Vnde ait Moyses. Caue ne offeras olocausta tua in omni loco/quē uideris: sed in eo quem elegit dominus. & cetera. Deutero duodecimo. Nam & Iacob (ut habetur Genesis uigesimo octauo) post scalae cuius summitas celum tetigerat/uisionem: ac angelorum in ea ascendentium & descendentium/ait. Vere dominus est in loco sancto isto/& ego nesciebam surgensq; erexit lapidem in titulum fundens oleum desuper: appellauitq; nomen loci illius/bethel. quod:

Ratio adorationis.

Miracula ñ uirtute imaginū: sed dei fiunt.

Aliqñ uirtute demonū.

Quare magis relucent miracula in uno loco q̄ in alio.

Deus eligit unū locum & cetera.

Moyses.

Deut. xii.

Genē. xxviii.

interpretatur Domus/uel habitaculum dei. Vnde & dixit. Terribilis est locus iste. Non est hic aliud nisi domus dei/& porta cæli. Idcirco locum illum tituli erectione/sacrificio/& uoto/quod domino uouerat honorauit. Edoctus enim diuinitus/didicit quanta & q̄ mirabilia operatur⁹ erat in loco illo. Nam ibi fundādum erat tēplum ad dei specialem cultum. Ibi consumaturus erat dominus opus nostræ redemptionis / seipsum patri in cruce offerens. Propinquus enim erat loco crucifixionis. Ideo post reditum de Mesopotamia ibidem sacrificium obtulit: ut habetur Gen̄.xxxv. Non locum propter locum/sed propter misteria ibidem futura in loco illo/domino sacrificauit. Vnde Aug. in glo. super lapidem libauit Iacob. Nō lapidi: Sic nec reprobari pōt. Si dum in uno loco/uel corā una imagine crebrescunt miracula/sanitates/ & cætera beneficia in eodem loco. nō locum sed deum/q ibi operat᷑ laudare: nec imaginem/sed corā imagine deum/& sanctos/cōtingat adorare. Ita q̄ nō inanimatis: sed deo ac sanctis eius honor/laus & adoratio impendatur/ qua rationabili discretione/ nunc in uno loco: nunc in alio. nunc in uno tpe: nunc in alio. nunc ad unum sanctum. nunc ad alium ꝓ diuersis donis/uirtutib⁹/& gratiis recurrere licet: easq̄ deuotis orationib⁹ impetrare. ❡ Q d' autē licite/nunc ad hunc sc̄tm̄/nunc ad illum: maiorem uel minorem/orōnes fundere possumus: & ad speciales recurrere/deuotione & fiducia speciali. Patet exemplo sanctæ matris ecclesiæ/q̄ nō solum sanctos maiores: ut btām uirginē/ Petrum/& cæteros Apostolos/in beatitudine & gloria deo proximiores. Sed ēt inferiores & mediocres/ut Linum/ Cletum/i canone misse exprimit. & in letaniis inuocat. Ex quo illoꝝ error reprobatur/qui nō ad uarios sanctos/pro uariis subleuandis defectibus recurrēdum dogmatizāt. Vn̄ nōnunq̄ fidelium turbat᷑ deuotio: & reuerētia sanctoꝝ/q̄ rōnabili uarietate discreta crescit: cōfusa uniformitate minuit᷑ & tepescit. Vt aūt sanctoꝝ inuocatio discrete a nobis fiat/& pulchra uarietate amicta crescat: cōsiderāda est uarietas donoꝝ secundū quorundā opinionē: ēt in sc̄tis tā i uia q̄ i patria discretoꝝ. Nō em̄ oia possunt oēs: qm̄ nec oia/ nec eadē oib⁹ data sunt (Vn̄ Aug. Virtutes & miracula facer̄ nō oib⁹ datū ē) sed diuersi diuersa receperūt dōa. oia tn̄ ad cōem ecclesiæ utilitatē. Q d' pulchro padigmate dducit apostol⁹. i. cor. xii. Diuisiōes inqt graꝝ sūt un⁹ āt spūs. Diuisiōes mi̅strationū sunt. un⁹ āt dn̄s. Diuisiones operationū sunt. Idē āt de⁹/q operatur oia in oib⁹. Alii. n. dat᷑ sermo sapiæ.

Gen̄ .xxxv.
Augu.
Ad diuersos sc̄ōs / posse fundere preces: ꝓbatur Exemplum sanctæ ecclesiæ.
.i. Cor. xii. Diuisiones donorum.

Alii gra curationu. Alii opatio uirtutu. Alii pphetia. alii gsa lingua rum. Et sequit. Nunqd oes apostoli? Nunqd oes pphetæ? Nunqd omnes doctores? Nunqd omnes uirtutes? Nunquid omnes habent gram curatioum? &c. Sed unusquisq pprium habet donum. Vn⁹ quidem sic. Alius uero sic. i. cor. vii. Et nedum in uiatorib⁹: sed etiã in beatis. Quo respectu canit ecclesia. Nõ est inuentus similis illi/ q cõseruaret legem excelsi. Cui cõsonat illud. Ioan. xiiii. In domo patris mei/ mãsiões multæ sunt. i. distincta meritorum præmia/ ac distincta priuilegia. Vnde etiã cõsequitur uarius beatoꝝ honor & gloria. Sic loquitur beat⁹ Aug. i de uirginitate. Quia uita æterna pariter erit omnib⁹ sanctis: æqualis denarius omnib⁹ attributus ẽ. Quia uero in ipsa uita/ distincta fulgebunt lumina meritoꝝ: mul/ tæ mãsiones sunt apud patrem. ac per hoc in denario quidem non impari/ nõ uiuit alius alio prolixius. In multis autẽ mãsionib⁹ hono ratur alius alio clarius. Ex qbus cõcluditur sanctos diuersos/ diuer sas gras/ & priuilegia siue dona uaria a dño consecutos. & qtum ad seipsos: & qtum ad necessitates uel defectus uiatoꝝ subleuandos/ seu dona uaria & bñficia impetranda. Et hoc ẽt quo ad psonas/ tẽ/ pora/ loca/ poterit similiter estimari. Vt q quidam dati sunt patro/ ni cærtæ prouinciæ. quidã cærtæ psonæ. quidã cærtis psonis. quidã cærtis bñficiis impetrandis. Quidã ẽt propitii magis/ magisq exo/ rabiles inuocãti cærtis loco/ & tẽpore/ q̃ alio loco/ aut tempoꝛ alio. Quæ. n. a deo sunt: ordinata sunt. Rom. xiii. Vñ æterna sua ineffa biliq sapientia nõ solum puidit/ ac pordinauit ea q̃ facturus erat: Sed ẽt per quos/ & quib⁹ mediis. eligitq singulis loca & tpa deter/ minata. Alioquin quomõ respondisset discipulis. Non est uestrum nosse tpa uel momenta q̃ pater posuit in sua potestate. Actu. i. Sic ergo nõ omnium generum miracula per singulos sanctos suos dñs opatus est in terris. sed per quosdã illa: per quosdã alia. Ita legimus quosdam frequẽti⁹ spiritus immundos expulisse: ut Cyriacum dia conum. Alios frequentius cecos illuminasse: ut Laurẽtium. Alios marinos sedasse fluctus: ut Martinum & Nicholaum. Alios coelo astris & nubibus impasse/ ut Iosuæ/ & Helias. Alios ẽt bestias cu/ rauisse: ut Hieronymus/ Blasius. Et sic uarios sanctos in terris/ ua rias curasse infirmitates. Nec mirum: qm licet singuli singulas am plexati sint animæ uirtutes. tñ un⁹ in hac: in illa alius magis & ma gis claruisse putat. Exẽpli gra. ut secundum Grego. i. moral. c. xiii. Abel de innocẽtia. Enoch de actionis mundicia. Noe de spei longa

i. Cor. vii.

Ioan. xiiii.

Augu.

Diuersi scti diuersa hñt priuilegia & gras.

Rom. xiii.

Actu. i.

Exempla.

Grego.

nimitate. Abrā de obediētia. Isaac de oiugali castitate. De laboris tollerātia Iacob. De retribuēdis bonis p malis Ioseph. De mansue tudine Moyses. Iob de patiētia/&c. Qui uero in certa virtutum exercitiis ampli⁹ meruerunt: nihil phibet credere a dño p singula ri quadā remuneratione in btitudine obtinuisse/ut similes uirtutes ipetrare ualeāt eis q se in terris inuocare deuoti⁹ studuerunt. Quatinus appropriatæ in his sublimentur/in quibus meruerunt. Sic enim legimus quosdam a carnis tētationibus liberatos per inuocationem beatæ Agnetis/Andreæ/Hieronymi/Nicolai. Per. B. Petrum/obediētiæ donum. Per Paulum illuminationis. Per Ioānem charitatis obtinuisse. Et ita de aliis multis. Et idcirco sctōs quosdā suos oratores trāsmisisse ad alios: ēt cælestes ad terrenos: maiores ad minores. Sicut de btō Petro recitat Grego. iii. dyalogo. c. xxv. q puellā paraliticā sanandam/suæ ecclesiæ custodi noie Abundio delegauit. Verumtñ sancti sic ad certa bñficia cōferenda/uel ipetranda priuilegiati. nō ppter hoc impotētes sunt ad auxilia in aliis cō præstanda. Sicut nec uni uirtuti excellenter dediti/uirtutes cæteras relinqre. Vnde quo sancti maioris fuerint meriti/& modo amplioris gloriæ: eo efficatiores credunt ad oīa nobis apud Deum generaliter impetrāda. Sic apostolos legimus īfirmitates singulas curauisse: licet ex speciali cā maiores sancti/ad minores aliqñ sanandos remiserunt: ut mino nōdum manifesta sanctitas/palā fieret: uel ppter aliud huiusmodi. ¶ Pariformiter credendum cærtis personis/aut patriæ/cærtos sanctos specialiter patrocinari. Si. n. hoc de angelis credimus. cur non ēt de sanctis ad angelo societatem assumptis? Ibi uidelicet specialiter patrocinari/ubi uiuētes cōuersati sunt: uel populi curā gesserunt: uel ubi corpora eo regescunt & reliquiæ: seu ubi ecclesias sibi possident dedicatas. Nam in talibus frequentius miraculis claruere: & beneficia plurima suis cultoribus/& loca huiusmodi deuote uisitantibus/præstiterunt. Sic de btō Benedicto scribit beatus Grego. q quædā mulier mente capta/dum errās casu ad specum beati Patris peruenit ac pnoctauit: mane sana exiuit/ac sana permansit. ii. lib. Dyalogo. c. ultimo. Sic habetur. iiii. Reg. xiii. q cum cadauer cuiusdā defuncti piectum fuisset in sepulchrum Helisei/cōtinuo reuixit. ¶ Sic etiam certis temporibus exorabiliores se reddunt: utputa in suis natalitiis/ac cæteris eorum festiuitatibus. De his omnibus beatus Augustinus/ad ecclesiā Yponensem ita scribit. Vbiq Deus est. nullo loco clau

Nota.

Grego.

Certis psōis aut puinciis: certos sctōs credunt ptrocinari.

De. S. Bñdicto.

iiii. Reg. xiii

Aug.

ditur: q condidit oia. & eum a ueris adoratoribus in spiritu & ueritate adorare oportet: ut in occulto exaudiens/in occulto iustificet & coronet. Verum ad illa quæ hoibus nota sunt: qs pôt eius pscrutari cõsilium? quare i aliis locis hec miracula fiant: & non in aliis? Multis qm notissima ẽ sanctitas loci/ubi sancti Foelicis nolen. corpus conditum est. quo uolui ut pergerent: qa nobis facilius/fideliusq; scribi pôt. quicqd in eoꝝ altero fuerit diuinitus propalatum. Nã & nouimus Mediolani apud memorias sctõꝝ: ubi mirabiliter & terribiliter demones cõfitẽtur furẽ quendã/qui ad eum locum uenerat: ut falsum iurãdo deciperet/cõpulsum fuisse furtum cõfiteri: & quod abstulerat reddere. Nunqd & Affrica martyrib9 plena est? & tñ nusq̃ scimus talia fieri. Sicut. n. quod Apostolus dicit. nõ oẽs sancti habent curationem: nec oẽs habent diiudicationẽ spirituum. Ita nec in oĩbus memoriis sctõꝝ ista uoluit fieri ille q diuidit propria unicuiq; prout uult. hec Aug. ¶ Sciendum est. n. ꝙ in sctõꝝ ueneratione/non tam sanctos: q̃ in sanctis dñm ueneramur. Dum. n. in sanctis magnifica dona/grãm/& opa laudamus. quid aliud q̃ dñm/qui oia opatur in oĩbus sanctis suis/mirabilem pdicamus? Siqdem omne datum optimum/& oẽ donum pfectum desursum est descẽdẽs a patre luminum. Iaco. i. Non. n. sctõꝝ cultus/in sanctis finaliter terminari debet: sed p sanctos dirigi in deum tanq̃ in ois boni originẽ/atq; finẽ. Alioquin idolatriã saperet: dum creaturam ,pter se tm̃ sine relatione actuali/uel habituali in finem ultimum q est deus/coleremus. In omni igitur sanctoꝝ cultu si recte colimus/diuinam potentiam/sapientiã/& bonitatem/laudamus.

¶ Ex prædictis/patet queãdmodum ordinata uarietate/conuerti possumus ad sanctos/uel maiori apud deum gloria fulgentes: uel nobis magis familiari deuotione notos: Aut ad præstandum quæ poscimus singulari priuilegio dotatos: Vel tandem nobis cærta cõuersatione/uel uitæ imitatione/aut aliis causis/magis notis. Hic enim ordinatus sanctorum cultus/multa fidelibus confert bona. Nam confirmat fidem: cum auditur ꝙ in ea persistentes/sic sublimati sunt a Deo. Eleuat spem cælestem consequẽdi gloriam: quando media ipsa cognoscim9/quibus similes nobis mortales ad ipsam ascenderunt: eosq; ad hanc consequendum indubitatos patres & auxiliatores fidelissimos audimus. Auget charitatem: dum eos hãc perfecte exercendo/tanta intelligimus præmia meruisse. Deuotionem accendit. Nam exempla sanctorum audita/& considerata:

Apostolus.

Cũ sctõs ueneramur: deum i ipsis ueneramur.

Iacobi. i.

Cõcludit.

Pro diuersis petẽdis auxiliis/ad diuersos qs pôt se conuertere sanctos.

nonnunq̄ plus accendunt/q̄ rōcinatio/aut ſimplex doctrina ſcd̄m Grego.in prologo ſui dialogi. Iuſtos etiā letificat: dum ꝑ terrenis cæleſtia/pro temporalibus æterna/dominum audiunt ſuis dilecto ribus ipſis quos colunt menſura pleniſſima tribuiſſe. Peccatoreſq; confundit: quādo ſanctorum comparatione apparet inexcuſabilis eoꝝ negligentia: qui cum ſancti angelicam duxere uitam/ipſi be ſtias imitati ſumma bona perdiderunt/quæ & ipſi ſicut illi ſi uole bant poterant acquiſiſſe. ¶Sed aduertendum eſt circa petitiones & inuocationes ſanctorum. Quia errant multi in poſtulandis au xiliis a ſanctis: qui uel non petenda petunt. Aut principalius & pri mo petunt/quæ ſecundario & minus principaliter petenda fue rant. Sicut nonnulli ruſtici facere ſolent/qui pro liberādis equis/ iumentis/ſuis/bouibus/ouibuſq;: & hiis ſimilibus animalibus/ci tius ſanctos inuocant Dei: (ſicut ipſi ſancti eſſent paſtores & cuſto des aīalium) q̄ ꝑ ſalute animaꝝ ſuarum. Aiunt eīm cum amittunt aīalia. O ſancte Antoni libera porcos noſtros a faucibꝰ lupōrum. O ſancte. N. libera æquos a manibus latronum. uel a tali infirmi tate. Nec primo dicunt. O ſancte. N. ora pro nobis Deum: ut no ſtri dignetur miſereri. Et deinde ſi ſaluti animaꝝ noſtrarum expe dit/dignetur etiam fructus terre/& cetera temporalia bona ſine quibus uita mortalis diu non ſubſiſtit/conſeruare. Primo enim & principaliter/petenda ſunt & ſine conditione animæ utilia & ſa lutaria/ſicut gratia/& gloria. Temporalia uero quibus homines bene & male uti poſſunt/ſicut habere diuitias/ſanitatem/filios/ & uxorem/& huiuſmodi: non ſunt determinate petenda in ora tione/ſed ſub cōditione.ſ.ſi deus præuenit illa ad ſalutem animæ utilia. Nam dicit Aug. in lib. v. homel. x. Qui uere chriſtianus eſt/ non iſta temporalia petere debet: ſed totum pondus orationis & intentionis ſuæ/ad expectandam æternā beatitudinem debet im pendere. Iſta.n. temporalia bona/& quādo dat deus/& quādo tol lit: gratiæ ſibi agantur. Quādo eīm uoluerit/illa tribuet: & quādo uoluerit tollet. tm̄ eſt ut ſeipſum nobis nō auferat. ¶Errant etiam aliqui i petendis auxiliis a ſanctis: dum cupita inordinatis modis/ ab ipſis obtinere querunt. Vel dum a minoribus ſanctis ita que runt auxilia: ut hæc maiores ſanctos/immo nec deum/dare con fidant. Propter quod & maiori reuerentia ſe conuertunt ad mi nores ſanctos/q̄ ad maiores/uel ad deum. ¶Et quemadmodum diſcretus ſanctorum cultus cōmendabilis eſt deo/& ſanctis accep

Grego.

Nota hic er rorē quorū dam ſimpli/ cium i rogā/ dis ſanctis.

Gr̄a & glo/ ria in oīone prio ſunt pe tenda.

Tpalia quō peti debēt in oīone.

Aug.

In petendis auxiliis a ſā ctis errant multi.

Diſcretꝰ ſan ctoꝝ cultꝰ/ deo placet.

tus:& cultoribus utilis uitæ ꝓfectus. Ita idiſcretus Deo/ſcīſq; diſ
Supſtitioſus ſctōꝝ cult᷒. plicet.& cultorib᷒ tanq̄ ſuperſtitioſis culpam auget. ¶ Eſt autē idiſ cretus dum nulla rōnabili cauſa ſubſiſtēte/maiori ſolēnitate/feſti uioribuſq; ceremōiis/agunt̄ feſta ſctōꝝ inferioris ordinis: q̄ ſctōꝝ ordinis ſupioris. Similiter ſi ſanct᷒ extollitur idiſcrete p exceſſum in uirtutib᷒ & donis uiæ uel patriæ habitis. Aut dum aliqua dona/ uirtutum opa/uel miracula/ſctō attribuunt̄ ficte: quæ nulla eum ſcriptura cōmemorat habuiſſe. Aut quarto dum aliqs nō ſanct᷒/
Ali᷒ idiſcretus ſctōrum cultus. aut ignotus p ſctō colitur. ¶ Siqdem idiſcretus eſt ille cult᷒/dum qdam eccleſiæ q̄ſtum pietatē eſtimantes: ꝓpter ſolas quotidianas diſtributiones/aliquē ſimplicē martyrem/cōfeſſorem/uel uirginē: ſolēniorib᷒ cæremoniis/agunt: in pulſib᷒/luminib᷒/ueſtib᷒ ſacris/ cantu/organis: q̄ feſta apoſtoloꝝ. Immo q̄ñq; q̄ feſta beatiſſimæ uirginis/aut Xp̄i. Nec hoc ideo culpandum/ne nimius ſctīs honor impendatur. Nā nulli ſancto minimo/honor ſuæ gloriæ cōdign᷒/ ab hoīe ipendi pōt. hoīe.ſ. mortali q eſt puluis & cinis & uermium eſca: cum eoꝝ pñtia angelis ſit ueneranda. Immo qa eorum uni
Apoſtolus. cuiq; laus eſt/a Deo: ut dicit Apoſtolus. Sed ꝓpter ſanctorum me rita ſimul & gloriā diſcernēdas/decet talis moderatio: ut ſummis feſtis Xp̄i/potiora q̄ poſſumus exhibeamus. non q̄ illa ſint condi gna: ſed qa nō ualemus impēdere maiora. Deinde cæteris modera tiori cultu/ſeruiēdum eſt magis & minus ſcdm differētiā & diſtin ctionem eoꝝ/quos feſtiuamus. Inter quos idiſcretos maxime exce dunt nōnunq̄ aliq ſtulti & ſupſticioſi hoīes/q feriādo & ieiunando ſanctos honorāt minores/Fortaſſe ꝓpter aliquod tpale dānum ca uēdum/uel remouēdum/aut bonum ɔſequēdum. & maiores ſctōs ptereūt: nec ieiunāt: nec cælebrāt: dum id eccleſia pcipit ꝓpter bo
Bern. na ppetua cōſequēda. Nō attēdētes illud bti Bern. ſermo. xlix. ſup
Quare mi/nores ſcti feſtiuius aliq̄ſi honorant̄ q̄ maiores. cātica. Incaſſum ē qcqd obtuleris: omiſſo eo/ad qd᷒ teneris. ¶ Di ctum eſt autē uigilāter. Sine rōnabili cā. Sunt.n. cauſæ plures pp quas/iferioris ordis ſancti feſtiui᷒ honorātur. ita tñ ut latriæ cultus nō ipendat̄. Vna ſi fuerint eccleſiæ pſoni. Aut ſi corpalr̄ i eis requieſ cunt/uel eorum reliqe ibi cōſeruantur. Aut qa ibi paſſi ſunt. Aut fidelibus illius loci uiui/uel defuncti/plura beneficia cōtulerunt. Tales eñ eccleſiæ magis tenentur eis ad gratiarum actiones pro penſius rependendas. Non enim irratiōabile iudicabitur/ut huic ſancto feſtiuius ſeruiam/quē ſpāliter in uirtutibus habeo imitari. uel cui᷒ ſuffragia ex ꝓpria neceſſitate magis congruit implorare.

Sed heu prohdolor. quid dicā/quidue scribā de tanto abusu quem cerno in populū xpianū? Plures nāq; sunt xpiani noīe/q dū uolūt aliquod sctōꝝ festum solēnius & sancti⁹ cælebrare. nō orōnib⁹/nō cōfessionib⁹/nō missis & officiis/nō pdicationib⁹ & uisitatiōibus ecclesiaꝝ: nō elemosinis/nō meditationibus passionis Christi/uel sanctoꝝ martyrii/aut uitæ. Sed diuersis ludis/ioculationib⁹/chore is/chachinis/uariisq; epulis/& discursib⁹ p tabernas/festum illud cælebrant. Q d' qdē festum sic sctificatum/nō sancti alicuius: sed diaboli festum/dici pōt. Q ñ nō deo & ei⁹ sctō: sed diabolo & uētri suo die illo deseruiunt. Vñ Hiero. in Amos pphetā/sic ait. Odit de us/& nō solum odit: sed piicit festiuitates eorum/q nō celebrāt fe stiuitates dei: sed suas. Nō ergo debēt talibus dieb⁹ uoluptatib⁹ car nis deseruire: sed orōni debent & cōtēplationi seu deuotiōi uacare: ut recte colant festiuitates dei. Sic ēt docet lex ciuilis. in. l. dies fe stos. C. de feriis. ubi dicitur. Dies festos/dies maiestati altissimæ de dicatos: nullis uolum⁹ uoluptatib⁹ occupari. Sācti. n. gloriosi/dum ī terris uitā mortalē gererēt: nō cum ludis/ioculatiōib⁹/tripudiis/ choreis & aliis hmōi actib⁹ lasciuis: sed cū ieiuniis/lachrymis/cum maxima uitæ austeritate/ac pnīa/regnum æternum/dei gratia cō currēte/cōsecuti sunt. Sic debēt facere ueri xpiani/sctōꝝ imitādo uestigia/q ad illoꝝ cupiunt ptingere gandia. Vnde Aug. ī sermōe plurimoꝝ martyꝝ. Ab eis. n. sctōꝝ martyꝝ in ueritate festiua gau dia cælebrantur: q ipsoꝝ martyꝝ exēpla sequunt'. Solēnitates. n. martyꝝ: exhortatiōes martyrioꝝ sunt: ut imitari nō pigeat: qd' ce lebrare delectat. Sed nos uolum⁹ cum sctīs gaudere: & tribulatiōes mundi nolumus sustinere cum illis. Q ui. n. sanctos martyres: uel inquātum potuerit/noluerit imitari: ad eoꝝ btitudinē/nō poterit puenire. Sic & apostolus Paulus pdicat dicēs. Si fuerimus socii pas sionum: erimus & cōsolationum. hec Augu. ¶ Est quoq; indiscre tus/& rephensibilis/atq; dānandus ille cultus/& blasphemiæ pro ximus. dum dona/uirtutes/opa/aut miracula non habita/sanctis attribuunt'. Aut ī eis q̄ facta nō fuerunt laudātur falso. Aut ī cælis sublimatio ascribit'/quā nō sunt cōsecuti. Ad hos dici pōt uerbum Iob. xiii. Nō indiget de⁹: sed neq; sancti ei⁹ mendaciis uestris. ut p eo/uel illis dolos loquamini. La⁹ illa plurimum displicet sctīs: q ue ritati stabiliter innixi/mēdaciis delectari non possunt. Cultores ēt hmōi/q mēdacia ī doctrina religionis cōmittunt/grauiter peccāt. uel si ita eē credunt: fatuæ leuitatis arguunt': q̄ Deo in seruis suis

Plores xpiani ñ sctōꝝ festa: sed diaboli/uel sua celebrāt.

Hiero.

Aug.

Alius sctōꝝ cultus blasphemiæ proximus.

Iob. xiii.

Aug. displicet. Quos ut Aug. in de uita xp̄iana ait. graues/prudētes/pi
Alius cultus os/irrephensibiles eē conuenit. ¶ Sed & nimium oberrāt/q ꝑ sctō
magis idola colunt/q sanctus nō est. nec uitæ suæ testimonium habēt/legēdas/
triæ ꝓxim⁹. uel penit⁹ apocriphas/uel aliqñ ab infidelib⁹ siue hǣticis/aut falsis
xp̄ianis ob quæstum/quo nō Deus: sed idolum auaritiæ colitur cō
fictas. Vnde Hiero. sup Epistolā Pauli ad Philonē. & hr̄. xi. q. iii. c.
si qs ait. Si qs dixerit iniustum iustū. & si non sctm̄/asserit sctm̄: ab
hominabilis est apud Deum. Idē. Si qs hoiem q sanct⁹ non ē/sctm̄
eē crediderit/& Dei eum societati cōiunxerit: Xp̄m uiolat/cuius
membra sumus. In tali ergo cultu ꝓphano/diabolus plurimum de
lectatur/& q̄tum ualet coopatur/ut in errorē pertrahāt cultorem
ueritatis. Ob quā ēt cām/pseudo ꝓphetis & magis assistit apparen
Detegitur tibus miraculis. Sic ēt facere solēt qdā hypocritæ & quæstuarii. Di
hic dolositas uersimode eñi imagines cereas cōponunt. utputa aliqs hn̄tes capi
quorūdā hy ta ense pforata: alias fingētes hr̄e brachia uel crura amputata: &
pocritaꝝ/& ad sepulchrum alicui⁹ defuncti/quē dicunt esse beatum: uel ad aliq̄
q̄stuarioꝝ. imaginē eas appēdunt cum subscriptis/in qb⁹ falsa & ficta miracu
la cōtinētur. Apponunt etiā cereos & faces/dicentes postea fuisse
ibidē asportatas a pluribus laborātibus aliquo morbo sanatis & cu
ratis. Fingunt quoqꝫ diuersas ibidē apparitiones/utputa btē uirgi
nis/uel angeli/aut alicuius scti/esse patratas. Et ut ad sua desideria
melius ualeāt simplices & paupes idiotas attrahere falsa adducūt
Aliq diaboli testimonia p aliquas incognitas psonas. Immo quod peius est/aliq
ci uiri. diabolici uiri/nō erubescūt aliqñ sumere aliquod pulchrum lignū
& incognitum/ut ide dicāt eē de ligno crucis/uel aliaꝝ reliquiaꝝ.
Qñqꝫ etiā (abominabile dictu) sumunt caput/uel brachium/aut
man⁹/uel aliquod mēbrum alicui⁹ defuncti/& nōnunq̄ suspensi:
inuoluētes illud i pannis sericis/& preciosis: ac auro adornātes/cir
cūcingētesqꝫ ex aliquo suaui odore. exinde dicunt illud eē caput/
uel mēbrum alicuius martyris/uel sancti: & ad cōfirmationē sui er
roris falsa sibi aptāt testimonia. Et nōnunq̄ Deo pmittēte/opatiōe
demonū falsis miraculis illud approbant. Sic. n. scribit' in decreta
Grego. ix. libus Gregorii. ix. de re. & uene. sctoꝝ. Vbi adducitur. Alexander
Alexan. iii. papa terti⁹/sic dicēs. Audiuimus ꝙ qdā inter uos diabolica fraude
decepti/hoiem quēdā in potatione & ebrietate occisum/q̄si sctm̄
more ifidelium/uenerātur: cum uix ꝑ talibus in ebrietatib⁹ perem
Apostolus. ptis ecclesia pmittat orare. Dicit. n. apostolus. Ebriosi regnum dei
nō possidebunt. Illum ergo nō psumatis de cætero colere/cum (ēt

si p eum miracula fierẽt) nõ licet ip̃m pro sancto absq̃ auctoritate Romanæ ecclesiæ uenerari. In uita ẽt beati Martini legitur (si bñ recolo) q̃ latro qdã a multis pegrinãtibus colebatur: q ẽt error tan dem p b. Martinum sublatus est. Nunqd me ẽt percurrentẽ diuer sas mundi partes/expientia docuit? Nã sæpenumero habui uerba & q̃ones cum diuersis tenẽtib⁹ reliqas alicuius sancti. Aiebant ip̃i. Frater Thoma. Vere hic est corpus uel caput talis sancti. Dicebã ego. Nunqd & ĩ tali ciuitate ostensum fuit mihi corpus & caput eiusdem sancti? Cærte sanctus ille duo nõ hẽbat corpa. nec duo ca pita. Oportet. n. illos/uel nos/falsum dicere. Nescio cui credere. Sctõs conabor uidere in cælesti gloria si deo placuerit. nec ulteri⁹ q̃rã eos in terra uidere. q̃ñ totus mundus in maligno positus est. i. Ioan. v. c. Et non est ueritas sup terrã. Ozeæ. iiii. A minori usq̃ ad maiorẽ oẽs studẽt auaritiæ. Esa. i. Multos. n. ex cupiditate/isti ma ledicti q̃stuarii & pseudo pphetæ / in idolatriam incidere faciunt. Veꝝ. n. est illud Aug. Multa corpora uenerãtur in terris/quorum aïæ cruciantur in ĩferno. Et ideo recte & sanctæ ordinatum est/q̃ reliquiæ de nouo inuẽtæ/in publico uenerari nõ debeãt: nisi prius auctoritate sũmi põtificis fuerint approbatæ. de reli. & ue. san. c. ii. ubi ẽt pcipitur p̃latis/ne pmittant uariis figmẽtis/& falsis docu mẽtis decipi hoĩes/q uadunt ad eoꝝ ecclesias cã uenerationis pter miracula quæ ibi fiunt: sicut in plerisq̃ locis cã q̃stus fieri ɔsuenit. Talis ẽt modi error est cũ ad loca nõ cõsecrata pegrinatiões fiunt: uel ad sctõs nouiter notos & incognitos: omissis ueterib⁹/& maio rib⁹. quasi nõ possent inuocãtib⁹ se: aut cõdigne colentib⁹/ea impe trare/q̃ a minus notis petuntur. Vt ergo ad practicã nr̃am seu ad ppositum reuertamur. ¶ Cõsiderate/Si deceat quorũdã nouoꝝ sctõꝝ/& minoꝝ/festa solẽnius pagi/q̃ præcipuoꝝ apostolorum? Aiaduertite si iustum sit priores sctõꝝ solẽnes ecclesias deseri et de strui/redditibus a collectorib⁹ uel cardinalib⁹ leuatis/& q̃nq̃ post ad eoꝝ memoriã/uel quasi gloriã capellulas nouas ædificari? ¶ Iu dicate ẽt si corp⁹ Xp̃i in sacrario seruari debeat sine luminaribus? Sed uideat/an ĩ plerisq̃ ecclesiis hoc fiat? Immo deferẽ sepenume ro ministrãdum ĩfirmis p̃ciosum corp⁹ Xp̃i/& non dignant xp̃iani illud comitari. O maximã quorũdã hoium indeuotionem & leuita tem. Currunt multi curiosi ad diuersa loca/p uisitandis reliquiis sctõꝝ/& mirãtur auditis gestis eoꝝ. Ampla tẽploꝝ ædificia inspici unt: & osculantur sericis/& auro inuoluta sacra ossa ip̃oꝝ. Et ecce

In uita beati Martini.

Nota.

i. Ioã. v.

Ozee. iiii.

Esa. i.

Aug.

Reliquiæ de nouo ĩuẽte: sine papæ au ctoritate ue nerãdæ non sunt.

Nota hic.

QUinta conditio boni Pastoris dicitur Paternitatis. Et debet esse triplex. scilicet uisitationis/consolationis/& correctionis. ¶PRIMA ergo dicitur uisitationis. Vnde cuilibet Prælato/dicitur illud. i. Regum xvii. Visitabis fratres tuos si recte agãt: & cum quibus ordiati sunt disce. Debet esse sollicitus circa subditos suos. viii. q. i. capitulo in scripturis. Negligentia enim in Prælato inducit peccatum mortale: ut inquit Glo. in. c. fin. xi. qõne. iii. Et ideo scdm Augusti. in lib. de duodecim abusionibus. cap. x. Decimus gradus abusionis / est Prælatus negligens. Prælatus enim in suo officio negligens/est priuandus & deponendus. Vnde dicitur in. capi. peruenit ad nos. lxxxiii. distin. Corripiatur Episcopus qui circa officium suum negligens extiterit. Tenetur ergo quilibet prælatus facere/ut subditi sui seruent & faciant ea/ad quæ tenentur: ac uirtuose uiuant. i. ad Thimo. iii. & ad Titum. i. & hoc quantum est eis possibile: qa ad impossibile nemo tenet᷑. Idcirco bono Pastori/dicit Salomon: Prouerb. vi. Discurre/festina/suscita amicum tuum. Sed quomodo faciet prælatus seruare ea ad quæ tenentur subditi: si ipse non obseruat suam regulam? Ideo debet primo ipse seruare ea quæ uult ꝙ alii obseruant. ¶SECVNDA paternitas/dicitur consolationis. Tenetur enim prælatus ita consolari subditos suos: sicut pater filios: & sicut nutrix paruulos suos. Ideo. i. ad Thimo. ii. dicit Paulus. Facti sumus ĩ medio uestrum/tanq̃ si nutrix foueat filios suos. Maxime autem in prælato/debet esse misericordia & benignitas super omnes alios homines. Ideo ad Gal. vi. dicit Apostolus. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto. uos qui spirituales estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Vbi glo. ait. Cum spiritus sanct⁹ sit benignus & dulcis super mel & fauum: & spiritum sanctum nequaq̃ habere uidetur/qui contra aliorum defectus furibundus insurgit/& exhibet se crudelem. Nam inquit Ambro. in lib. de officiis. Compatiamur semper alienis peccatis atq; calamitatibus: & necessitates illoꝝ quantum possumus iuuemus. Prælati ergo debent cum misericordia iniungere pœnitentiam suis subditis delinquentibus: & non cum crudelitate. Et hoc triplici ratione. ¶Primo propter maius periculum euitandum: quia sepe cui talis pœnitẽtia crudelis iniungitur eam proiicit: & tanq̃ desperatus ad peccata reddit. Si enim super humeros adolescentis pondus graue ponitur/quod portare nõ posset: necesse est ꝙ aut illud

Quinta condicio.
Triplex pĩnitas ĩ plato.
Prima.
i. Reg. xvii.
Aug.
i. ad Thi. iii. &ad Titũ. i.
Prouer. vi.
Secunda. pĩnitas.
i. ad Thi. ii.
Ad Gal. vi.
Glo.
Ambro.
Debet plat⁹ iniũgere pœnitẽtiam pp tria.
Primo.

Secundo. reiiciat: aut sub ipso pondere confringatur. ¶ Secundo propter ui
Iacobi.ii. tandum Dei iudicium. quia Iacobi.ii. dicitur. Iudicium sine miseri cordia fiet illi/ qui non fecerit misericordiam. Ecótra uero ille/ qui eam facit/ dicere poterit cum ps. Non abscondi misericordiam tu am & ueritatem tuam a consilio multo. Domine ne longe facias misericordias tuas a me. Ac si dicat. Sicut aliis misericordiam me
Tertio. am non abscondi: sic & tuam a me non abscondas. ¶ Tertio pro
Chrysosto. pter liberale n dominum. Vnde Chrysosto. ait/ in capitulo alligat in si. xxvi. qõne. vii. Vbi paterfamilias largus est: dispensator non debet esse tenax. Si deus est benignus/ ut quid sacerdos eius erit au sterus? Vhe igitur illis, Prælatis/ qui ex nimia crudelitate/ in despe/ rationem ponunt subditos suos: & illos præuaricari faciunt a sua
Hiere. xxii. professione. De quibus ait Dominus. Hiere. xxii. Vhæ pastoribus/
Tertia pa/ ternitas. qui dispergunt & dilacerant oues pascuæ meæ. ¶ TERTIA paternitas/ dicitur correctionis. Non enim sufficit Prælatum esse
Aug. bonum in se: nisi malos puniat. Ideo Augu in lib. de pastoribus di cit. Reddet pastor de pellæ ouis mortuæ rationem. Nam qui pec cato/ ut conuenit non resistit quando potest: mortaliter proculdu
Aug. bio peccat. Vnde Augusti. in quadam homel. super illud Mat. Si peccauerit in te frater tuus. & cætera. ait. Mihi non sufficit/ ut in iuriam proximo meo non donem: sed si quo ad possum iniuriantis salutem fraterna correctione non procuro/ in peiori & grauiori sua damnatione incurro. Et in libro de uerbis domini/ etiam in quit. Si neglexeris corrigere delinquentem/ multo peior factus eo/ qui deliquit. Vnde. lxxxiii. capi. nemo. dicitur ꝙ Episcopus qui nõ corrigit crimina: magis est dicẽdus canis impudicus: q̃ Episcopus. Sciant ergo Prælati/ ꝙ inter opera charitatis non minimum est er
Corrigere d linquẽtes cõ putat inter opera carita tis. rantem ab erroris sui semita reuocare. Magna enim elemosyna est delinquentes corrigere: & errantes in uiam deducere ueritatis/ ut dicitur in capit. Tria sunt genera. xlv. distinctio. Ideo in cap. nõ osculatur. v. qõne. v. ait Ambrosius. Non osculatur semper pater filium: sed aliquando castigat. Quando ergo castigatur/ qui dili
Ambro. gitur. tunc circa eum pietas exercetur. Habet enim amor plagas suas/ quæ dulciores sunt/ cum amarissime inferuntur. Dulcior est enim religiosa castigatio/ q̃ blanda remissio. Et in capitulo non om
Augu. nis. ea. qõne. & causa. Augusti. ait. Non omnis qui parcit/ amicus est: nec omnis qui uerberat/ inimicus. Meliora enim sunt uulne ra diligentis: q̃ fraudulenta oscula odientis. Nam prælatus/ qui

debet esse basis.i.sustentamētum ecclesiæ/Debet quantum ad bo/nos esse mansuetus.Quantum ad duros/leuerus.Quantum uero ad omnes Sapiens & discretus. ¶Possumus quoq; dicere/ꝙ bo/nus prælatus aliquando ostendere debet suis subditis quadrupli/cem faciem:de qua habetur Exechiel.i.ca.s.faciem bouis/quo ad maturitatem in omnibus agendis:faciem aquilæ/quo ad sagacita/tem in preuisionibus faciendis:faciem hominis/quo ad benignita/tem in peccatoribus ad penitentiam recipiendis.Et faciem leonis/quo ad punitionem in excessibus reseruandis. Si enim ex negli/gentia correctionis/quis subditus damnetur:sanguis eius de manu prælati a domino requiretur.ut habetur exechiel.xxxiii.Et ideo in/quit Gregorius.Tot occidimus / quot ad mortem quotidie tepidi & tacentes ire uidemus. Quapropter non debet prælatus cessare a reprehensione & correctione delinquentium.Vt enim dicit Au/gustinus contra Gresoconium grammaticum.libro primo. et ha/betur.'uigesima tertia questione quarta capitulo quisquis. Mali sunt prohibendi a malo.& cogendi ad bonum.Vindicta namq; est inferenda non amore ipsius uindictæ:sed zelo iusticiæ:non ut odi/um exerceatur / sed ut prauitas corrigatur. Debet homo diligere proximum suum sicut seipsum:ut quem potuerit hominem bene/ficentia/consolatione/aut informatione doctrinæ / uel disciplinæ cohertione adducat ad colendum deum .Hec ille.Vnde est notan/dum ꝙ reperiuntur subditi in triplici genere. Aliqui enim sunt si/cut cera mollis/quæ si tangitur statim cedit & se duci permittit. Nam tales sunt ita mansueti/ut quando tanguntur reprehensio/ne/statim obediunt:& ad omne opus bonum se duci permittunt. In quorum persona/psalmista inquit. Factum est cor meum tanq̄ cera liquescens. Tales autem sunt sepe admonendi: quia (ut ait Chrysostomus.)iustus si admonitus non fuerit/per negligentiam euanescit. Alii uero sunt sicut lapides.Lapis enim si tangitur / non cedit: tamen tangentem non ledit. Et sic multi quando re/prehenduntur/uel admonentur/non obediunt: sed in sua duritia persistunt: iuxta illud Iob.quadragessimo primo. Cor eius indu/rabitur quasi lapis. Vnum tamen bonum habent: quia contra se reprehendentes non mouentur: nec uerba iniuriosa eis di/cunt.Et tales etiam sepe sunt admonendi: quia ex assidua admo/nitione forte mollificantur: iuxta illud Iob .decimoquart ocapi/tulo. Lapides excauant aquæ. Sicut enim lapides ex frequen/

Quadruplicē faciē pla/tus debet ostē/dere suis sub/ditis.
Ezechiel .i.
Ezechiel. xxxiii.
Gregorius.
Augu.
In triplici gn̄e reperiū/tur subditi.
Primi.
Psalmista
Chrysosto.
Secundi.
Iob.xli.
Iob.xiiii.

tatione aquæ excauātur. Sic multotiens homines duri ex frequen
Tertii. ti reprehensione corriguntur. Alii uero sunt sicut spinæ. Nam si
spinæ tanguntur/non cedunt: insuper tangentes pungunt. Et sic
multi sunt/qui quando reprehenduntur non se corrigunt: sed in
super reprehendentibus uerba contumeliosa inferunt. Et ideo
oportet eos/qui uolunt tales reprehendere se fortiter prius arma
ii.Reg.23. re. Et hoc triplici armatura De qua dicitur.ii.Regum.xxiii.Præ
uaricatores quasi spine euellentur/quæ non tolluntur manibus:
Et si quis eas tangere uoluerit/armabitur ferro & ligno lanceato:
igneq; succensæ comburantur usq; ad nihilum. Talis ergo Præ
latus qui uult prædictos corrigere/debet se armare lorica ferrea.
idest inpenetrabili patientia.& ligno lanceato. idest memoria pas
ps.i. sionis Christi: qui fuit lignum illud de quo inquit propheta.ps.i.
Erit tanquam lignum/quod plantatum est secus decursus aqua/
rum. Quod quidē fuit lanceatum in cruce. idest lancea perfora
tum. Debet etiam se armare succensa charitate: ut sic omnia uer
ba maledictionis ab illis spinosis prolata/igne charitatis combu
rantur: & ad nihilum redigantur. Et ideo dicitur. Igneq; succen
se comburentur usq; ad nihilum. Aliter autē faciens prælatus/
non erit ouium pastor: sed earum occisor: cui diabolus dicet illud
Zacha.xi. Zach.xi. Pasce pecora occisionis. ¶Tripliciter uero potest pastor
esse occisor ouium suarum etiam sine iniectione manuum/scilicet
dando eis pabulum uenenatum: uel subtrahendo eis cibum neces
sarium. Aut quando uidet q herbam uenenatam comedunt: &
Tripl̄r p̄lat⁹ occidit aīas subditorū. eas non arcet. ¶Et similiter pastor spiritualis. idest prælatus oc
cidit animas subditorum. Aut malum exemplum/siue malam do
ctrinam eis præbendo. Aut illis uerbi diuini/& sanctæ exhortatio
nis pabulum subtrahendo. Aut eorum uitia dissimulando: & eos
ad libitum male uiuere permittendo. Inueniuntur enim quandoq;
Iudicū. ulti. aliqui de quorum regimie dici potest illud Iudicum. ulti. In diebus
illis nō erat Rex in Israel: sed unusquisq; quod sibi uidebatur hoc
faciebat. Licet ergo debeat Prælatus esse misericors in parcendo
contritis & corrigibilibus: tamen his qui humana correctione nō
flectuntur debet esse strēnuus & iustus/& omnibus equaliter iusti
Hiero. tiam ministrare. Vnde Hierony. xxiii. qōne octaua. in. c. legi. ait.
Grego. Non est crudelitas pro deo crimina persequi: sed pietas. Grego.
quoq; in. c. si is. xxiii. q. iiii. ait. Si is qui prælatus est dominico debi
tori culpas impune dimittit: nō mediocriter profecto Deum offen

dit: quia debita cælestis regis & dñi sua præsumptione resoluit. Et infra subiungit. Ea nāq; quæ i nobis cōmittuntur/facile possumus dimittere. ea uero q̄ in deum sunt cōmissa: nec sine pnia: nec sine correctione possum⁹ relaxare. Quia ut dicit Aug. & habet. xxiii. q. iiii. c. Si ea. Si ea de qbus uehemēter Deus offendit' insequi uel ulcisci differimus: ad irascendum utiq; diuinitatis patientiam ꝓuocamus. Nonne Achor fili⁹ Zare (ut hr̄ Iosue. xxii.) preterit man datum dñi: & sup oēm populum israel ira eius incubuit: & ille erat unus homo/atq; utinā solus perisset i scælere suo. Debet ergo prælat⁹ corrigere subditos suos malignātes/sicut pater filios. Nam ut dicit Sapiēs Salomon. Prouerb. xiii. Qui parcit uirgæ odit filium suum. q autē diligit illum/instanter erudit. Et Ecclesi. iii. dicitur. Equus indomitus euadet durus: & filius remissus. i. cui remittitur correctio euadet ꝓceps. i. in oīa corruet peccata. Ideo. i. Ad Thes. iiii. dicit Paulus. Rogamus uos fratres/corripite inqetos. & ii. ad Thim. iiii. ait. Insta opportune: importune argue: obsecra: increpa in oī patientia & doctrina. Bern. ēt ad Eugenium inquit. Nō licet ei tacere: cui ex officio icumbit uitia redarguere. Corrigite ergo/O ꝓlati uestros subditos si nō uultis dānari. Ait. n. Salomon. Prouerbio. xxix. Virga & correctio tribuit itellectum & sapiētiā. & Mat. xviii. corrigenti ꝓ͞mum/dicit Saluator. Si te audierit lucratus es fratrē tuum. ¶ Sed dicet qs. Quid fiendum est de incorrigibilib⁹? Dico q̄ licet sint obstinati in malo/& nō sit aliqua spes q̄ debeant emendare uitam suam: tamen tales debent de excessibus suis puniri: qa saltem metu disciplinæ tot mala non committent. ¶ Item alia duplici ex causa/etiā dato q̄ ipsis nulla fiat utilitas ex hac correctione. Primo namq; hæc punitio est aliis utilis/qui similia peccata commiserunt. Sepe enim ꝓpter hoc emēdāt uitam suam/& corrigunt seipsos: ac preueniunt Prælatos suos petentes secretā pœnitentiam/ne ad similem confusionem & ipsi ueniant. ¶ Item hec correctio est utilis illis/qui licet non commiserunt talia peccata: tamen intendunt i futurum committere. Multi enim timore pœnarum/quas uident aliis infligi/retrahuntur a peccatis. Quia ut dicit quidam poeta. Oderunt peccare boni uirtutis amore. Oderunt peccare mali formidine pœnæ. Et ideo dicitur q̄ peccata non debent remanere impunita: quia pœna unius/metus est multorum. Quando enim non puniuntur mali/alii accipiunt audaciam ad facienda similia delicta. Facilitas enim ueniæ/incentiuum tribuit de

Aug. | Iosue. xxii. | Prouer. xiii. | Ecclesi. iii. | i. ad Thes. 4. | ii. ad Thi. iiii | Bern. | Exhortatio. | Prouer. 29. | Mat. xviii. | Dubitatio. | Duplici cā i corrigibiles sūt puniēdi. | Primo. | Quidā poeta.

Scd°. linquēdi. xxiii.q.iiii.c. est iniusta. ¶ Scd° utilis est hec correctio ratione cōsolationis bonorum. Mali enim semper persequuntur bonos: eosq ita tribulant q ipsi boni cum eis pacifice habitare non possunt propter eorum peruersitatem. Et ideo: ut iusti consolētur/ & possint uiuere tranquillo animo/oportet corrigere tales insolentes: & eos poenis refrenare. Et hoc est quod inquit Cassiod.li.v.Epistolarum. Epistola.xv. Iustitiæ ratio persuadet insolentes reprimere: ut ad cunctos possit getis suauitas peruenire. Nō solum autem est consolatio particularium: sed totius communitatis/& reipublicæ conseruatio ipsa correctio insolentium. Vera est enim illa poetica sententia. Morbida facta pecus: totum ouile corrumpit. Vnde Hierony.in Hieremiam. & habetur.xlv.distictio.c.Sed illud. ait. Polluitur ex uno peccatore populus: sicut ex una oue morbida unus grex inficitur. Sic ex uno fornicante/uel aliud quodcunq scælus committente/plebs uniuersa polluitur. Ideo dicitur Prælatis non corrigentibus subditos q dum parcunt uni: uniuersæ ecclesiæ moliuntur interitum. d.c.sed illud. & .l.distinct.c.si quis. Quapropter dicunt leges ciuiles/q expedit reipublicæ peccata esse nota/ut corrigantur. Et q is qui præest prouinciæ/curare debet malis hominibus purgare prouinciam suam. Sed heu prohdolor. Illi qui deberēt corrigere malefactores: ipsi sunt primi ad male operandum. Et quando caput infectum est aliquo peccato: nō audet/nec ualet curare membra eodem peccato infecta. Vnde Hieron. Quo modo potest Præses ecclesiæ auferre malum de medio eius/qui in delictum simile corruit? Aut qua libertate corripit peccantē/cum tacitus ipse sibi respondeat se admisisse quæ corripit? Et ideo bene dixit quidam philosophus. Tunc solent homines timere Regem quando ipsum uident timere deum.

Cassiodor°.

Sententia poetica.

Hiero.

Inuectiua.

Hiero.

Sexta conditio.

Sexta boni prælati conditio/dicitur frugalitatis: de qua loquitur dominus dicens. Vt det illis cibum in tempore. Non enim debet esse de illis/qui solum attendunt pascere seipsos: de quibus loquitur dominus per prophetam Ezechielem. Ezech.xxxiiii.capitulo. comminando eis maledictionem/di. Vhe pastoribus israel/qui pascebāt semetipsos. Nōne greges a pastorib° pascuntur? Lac comedebatis/& lanis opie bamini: & quod crassum erat occidebatis: gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit non consolidastis: & quod egrotum non sanastis. quod confractum est non alligastis. et quod

Cōtra pastores pascētes semetipsos.

Ezechie. 34.

perierat non quesistis. Sed cum austeritate imperabatis eis & cum potentia. Et dispersę sunt oues meę/eo ꝙ non esset pastor. et factę sunt in deuorationem omnium bestiarum agri: & dispersę sunt. Errauerunt greges mei in cunctis montibus in uniuerso colle excelso: & super omnem faciem terrę dispersi sunt greges mei. & non erat qui requireret. Non erat inq̄ qui requireret. Propterea pastores Audite uerbum domini. Viuo ego dicit dominus deus. quia pro eo ꝙ facti sunt greges mei in rapinam: & oues meę i deuorationem omnium bestiarum agri/eo ꝙ nō esset pastor: neq; enim pastores quesierunt gregem meum: sed pascebant pastores semetipsos: & greges meos non pascebant. Propterea pastores audite uerbum domini. Hec dicit dominus deus. Ecce ego super pastores requiram gregem meum de manu eorum: & cessare eos faciam/ ut ultra non pascant gregem meum: nec pascant amplius pastores semetipsos. Et liberabo gregem meum de ore eorum: & non erit ultra eis in escam. &c. Tales namq; pastores dicuntur canes impudentissimi nescientes saturitatem. Esa. lvi. et hoc propter gulositatem. Itē Esa. vi.
talis dicitur Leo rapiens prędam. Ezechi. xxii. propter rapacitatē/ Ezech. xxii.
quando solum propria lucra querit. viii. q i. c. sunt quidam. Et propter hoc etiam dicitur lupus. lxxxiii. c. nihil. Aliis quoq; nominibꝰ appellatur malus prelatus. s. canis mutus non ualens latrare. Esa. Esa. lvi.
lvi. & c. si rector. xliii. di. Et hoc quando non audet/uel nescit subditorum uitia arguere. Item dicitur uulpis propter fraudulentiam & deceptionem subditorum/Esa. lvi. Et canis impudicus propter Ibidem.
defectum regiminis. vii. q. i. c. q nec. Et coruus propter peccatorum nigredinem. ii. q. vii. Et porcus. c. in mandatis. xliii. dist. Et hoc maxime propter luxuriam. Item dicitur rusticus/a rusticitate. xlvi. di. in prin. et gallus gallinacius. i. capo. quia ad modum gallinę se habet: & non cantat. i. non hortatꝰ subditos ab bonum. Item sicut ille gallus non pugnat pro gallinis. Ita nec iste pręlatus pro suis subditis: nec eos a persequentibus defendit. Et ideo non debet appellari pastor: sed mercēnarius. Ait enī Saluator. Ioan. x. Bonꝰ pastor Ioan. x.
animā suam/dat pro ouibus suis. Mercēnarius autem/& qui non est pastor: uidet lupum uenientem & dimittit oues & fugit. Sicut ergo est differentia inter regem/& tyrannum: quia rex intendit ad utilitatē populi: & nō ad suā principaliter. Tyrānus uero ad suā utilitatē/& non populi. Sic differētia est inter pastorē/& mercēnarium/ac lupum. Officium enī pastoris est oues pascere. Officiū ue/

ro mercennarii est oues tondere:sed officium lupi ẽ oues occidere.

Triplici ci/bo debet pastor pascere gregẽ suũ.

Ut Ergo quis possit esse/& uere appellari prælatus/& pastor ouium dominicarum:& non mercennarius/aut lupus:debet sollicite pascere gregem suum triplici cibo siue pastu.¶PRI

Primo. Mat.iiii. Deutero.8.

MO prælatus debet alere subditos suos/cibo diuini uerbi. De quo Mat.iiii.& Deuter.viii.dicitur.Non in solo pane uiuit homo: sed in omni uerbo/quod procedit ex ore dei. Nam inter cætera/q̃ ad salutem spectant populi christiani/pabulum uerbi dei sibi per/maxime noscitur necessarium.Quia sicut corpus materiali:sic anima spirituali cibo nutritur.O igitur electores nolite eligere ignorã tem.Si enim cæcus cæco ducatum prestat/ambo in foueã cadunt.

Mat.v. Grego.

Mat.v.Et secundum Grego.in pastorali.Multum corpori nocet/atq; periculum est/si oculum qui preuidẽdis gressibus præeminet/puluis obscuret:& frustra exercitus uelociter sequitur/dum a duce erratur Et cum pastor per abrupta graditur/necesse est ut ad p̄cipitium grex sequatur.

Sciẽtia & do ctrina reqri tur i p̄lato.

Scientia ergo & doctrina requiritur in prelato.Vnde in.c.cum in cunctis.de elec.dicitur.Cum in cunctis or/dinibus/& ecclesiasticis ministeriis sit etatis maturitas: morumq; grauitas/& litterarum scientia inqrenda:multo fortius in episco/po hec oportet inquiri.Qui enim ad aliorum curam pósitus est/in seipso debet ostendere qualiter alios in domo domini oporteat cõ/uersari.Quamuis ergo toleranda sit competens scientia in prælato.i.sufficiens/& tanta q; possit sufficienter exercere officium su/um:& facere omnia quæ ad illud pertinent. Tamen propter multa q̃ accidere possunt circa regimen officii/desiderãda est in eo eminens scientia.c.cum nobis olim.cum glo.de elec.c.nisi cum pridẽ. §.pro defectu.de renun.Quare o electores eligite doctum/qui sciat proponere uerbum dei:& subditis sermonem facere. Ait enim

Augu.

Augu.in libr.de uerbis domini Ad officium pastoris pertinet apertos fontes aperire: & aquam puram sitientibus quibusq; ouibus

Ioan.xxii.

ministrare.Ideo Ioan.xxii.cuilibet prælato dicit dominus. Pasce oues meas.s.pane predicationis. Quod est contra illos/qui nunq̃

Inuectiua.

uerba exhortationis subditis suis proponunt: nullaq; eis faciunt capitula:sed attendunt pascere/& impinguare suum uentrem: de quibus dicitur.quorum deus uenter est. Conãtur tantum suorum beneficiorum (quæ pecuniis uel muneribꝰ/obtinuerunt)solitos exigere redditus.nec ulterius curant de animarum salute.Immo q; peius est:ne detegantur eorum nephandissima scælera/prohibent

uerbi dei precones in suis ꝑdicare diocesibus/& parrochiis. Nam episcopi & curati ex officio tenentur predicare/nō autem religiosi: nisi eis iniungatur per obedientiā: quia ipsi sunt/qui tenent beneficia: & recipiunt redditus ecclesiarum: & quibus commissa est cura animaꝝ. Propter qđ tenentur (ut supra dictum est) eas alere cibo uerbi dei. ꝗ si ipsi non possint predicare: tenētur per alios facere predicare ouibus sibi commissis. Sed ut ueritatē fatear a principio meæ peregrinatiōis/ad hec usq; tempora: nescio si unq̄ uidi/uel audiui aliquem episcopum uel cardinalem suis ouibus prædicā tem. Quod est magnum dedecus ecclesiæ dei: & ualde mirandum. cum eis ꝑpter aliud non dētur beneficia: nisi ut habeant fidelibus ꝑdicare. ¶SECVNDO debet pastor pascere dominicum gregem pane subsidii. i. in omnibus necessitatibus eius/iuxta possibilitatem suam illi subsidium prestare. Quia pater tenet̄ etiam de iure naturali alere filios suos. Non debet ergo prælatus tantummodo uni loco/uel uni subdito suo subuenire: sed æqualiter omnibus subditis indigentibus/& necessitatem habentib⁹. Vt em̄ inquit Aug. Libenter quisq; audit eius linguam loquētem: cuius expectat dexteram porrigentem. Grego. autem dicit. Qui non dat ouibus substantiam suam: quomodo pro his/daturus est animam suam? Non debent ergo prælati spoliare suos subditos rebus necessariis. Sed liberaliter & misericorditer eis/& maxime plus indigentibus/de bonis ecclesiæ subuenire. Quæ quidem bona (ut dicit Hieron.) non sunt episcoporum nisi quo ad gubernationem & dispensationem: sed pauperum. s. quo ad sustentationem. Ideo ipse Hiero. & habetur. xii. q. ii. c. gloria/dicit. Gloria æpiscopi/est pauperum inopibus prouidere. Ignominia sacerdotis/est propriis studere diuitiis. Nam res ecclesiæ datæ sunt in potestatem episcopi: non ut illarum sit dominus: sed dispensator fidelis. Vnde. xii. q. i. c. expedit/dicitur. Episcopi/& ecclesiarum præpositi bonorum & rerum ipsarum/dispensatores efficiuntur Quapropter bona illa in quattuor partes debent diuidi. sicut habetur in. c. concesso. xii. q. ii. ubi dicitur. Redditus/& oblationes fidelium/in quattuor partes diuidat. quarum unam episcopus sibi ipsi retineat. Alteram clericis pro officiorum suoꝝ sedulitate distribuat. Fabricis tertiam. quartam pauperibus & peregrinis habeat fideliter erogandam: quarum rationem diuino e⁹ redditurus examini. Et. c. quattuor. dicitur. Quattuor autē tam de reddituq̄ de oblationib⁹ fidelium prout cuiuslibet ecclesiæ

Secundo.

Augu.

Grego.

Hiero.

Hiero.

Idem.

Bonoꝝ ecclesiæ ꝑlati non dn̄i sed dispēsatores efficiuntur.

Redditus ecclesiarum in q̄ttuor ptes diuidi debēt

facultas admittit sicut rationabiliter est decretum / conuenit fieri portiones. quarum una sit pontificis. Altera clericorum. tertia pauperum. quarta est fabricis applicanda. Et in. c. sequenti. de Redditibus. etiam idem confirmatur. ubi dicitur. De redditibus ecclesiæ uel / oblatione fidelium / sola æpiscopo ex his una portio remittatur. Duæ ecclesiasticis fabricis / & erogationi pauperum profuturæ a præsbytero sub periculo sui ordinis ministrentur. ultima clericis pro singulorum meritis diuidatur. Hoc idē dicit Augu. ut habetur ea. q. c. Mos. Mos ē apostolicæ sedis ordinato episcopo / præcepta tradere: ut de omni stipendio quod accidit: quattuor debeant fieri portiones. Vna uidelicet / episcopo: & familiæ eius / propter hospitalitatem / atq; susceptionē. Alia clericis. tertia uero pauperibus. quarta ecclesiis reparandis. ¶ Sed heu prohdolor. quia hec hodiernis temporibus non seruantur a plerisq; prælatis ecclesiæ. Vhe tamen uhe illis. Nam de redditibus ecclesiæ / aliqui hodie nutriunt / canes & accipitres ad uenandum: mulos & equos. Aliqui nutriunt concubinas: bastardos siue nothos: & meretrices / ac lenones. Et fame ac frigore pauperes christi pereunt. Heu prohdolor iterum clamare compellor / ɔtra istos precursores antichristi / lupos rapaces: contra istos de synagoga sathanæ / q̄ deberēt esse lux mundi: facti sunt tenebra / ac scandalum populi christiani. Nunquid experientia rerum magistra luce clarius docet q̄ pauci sint fideles dispensatores? In multis namq; annis / quibus peragro mundum a sancto Iacobo de galicia usq; ad hierusalem: & ecōuerso / fidem christi cunctis gētibus prædicando: paucissimos reperi pastores / siue p̄latos: qui nomen tenerent sanctitatis: & qui bene dispensarent bona ecclesiæ. Sed plores inueni prælatos / publice tenentes cōcubinas / & meretrices / mundum scandalizantes: quorum subditi / nouit deus / quomodo seruiunt christo. Nam tanta scælera in eis regnare conspexi: ut esse uiderentur sine pastore. Aliquos repperi / exercentes uenationis officium cum ducētis & tricentis canibus / & accipitrib⁹ / & equis: qui frumenta in agris subditorum & uuas in uineis deuastabant. Isti tales / non fiunt prælati: ut proficere habeant in ecclesia dei: sed potius ut illam suis bonis spoliare ualeant. & sub umbra crucifixi / terrenis possint gaudere diuitiis: ad cognatos & parētes ditandos / ac exaltando suos. A fructibus quidem eoꝝ (ut ait saluator noster) cognoscetis eos. Ecclesiæ igitur bona a fidelibus nō fuerunt relicta / uel oblata: ut de illis nutrirentur concubinæ / uel spu/

Augu.

Hic inuehit' cōtra malos p̄latos nō bene dispēsan/tes bona ec/clesiæ.

rii: nec sibiipsis p̄lati faciant astruere magna & curiose depicta pa latia auro & gemmis fulgentia: nec etiam ut pannis aureis/uel seri cis equos & mulas cooperiant suas: uel ut canes alāt & accipitres. Sed relicta fuere/ut de illis sustententur clerici deo & ecclesiæ de/ seruientes: pascantur christi pauperes/ egentes uiduæ / miseri or/ phani/ac pupilli: tradentur nuptui paupercułæ filiæ: ne egestate & necessitate compulsæ/iter arripiant prostibuli. Insuper fuere re licta/ut de eisdem reparentur materiales ecclesiæ. Postremo ut ec/ clesia dei melius ualeat infideles & hereticos expugnare/ & cōtra eos uiriliter dimicare. ❡ TERTIO debet prælatus alere sub/ ditos suos pane boni exempli. Vt enim inquit Grego. in quadam homelia. magis incitātur homines ad bene agendum exemplis/q̄ uerbis. Benedicere autem/& non facere/parum prodest. Immo ta lis exhortatio est auditoribus abhominatio. Dicunt enim illi sic ex hortanti. Medice cura teipsum. Turpe est doctori cum culpa re/ darguit ipsum. Ideo Grego. in quadam homelia/ait. Cuius uita de spicitur: restat ut eius quoq; prædicatio contēnatur. Et idem in pa storali/inquit. Nulla p̄sulem immundicia polluat/qui hoc suscepit officium: ut in alienis cordibus pollutionis maculas tergat. Quia necesse est/ut mundas studeat habere manus/ qui aliorum sordes mundare curat: ne tacta deterius inquinet. Debent ergo electores eli gere meliorem inter omnes/qui eligi possunt: iuxta illud. iiii. Reg. x. Eligite meliorem de filiis domini uestri. Talem. s. qui sicut aliis præeminēs erit officio/& dignitate: ita emineat sufficientia & uir tute. Nam ut ait Greg. Non debet hominum ducatum suscipere/ qui nescit homines beneuiuendo præire. Ille igitur/qui aliquem eli gere debet ad officium prelationis: semper tenetur eligere meliorē. Non tamen intelligitur melior litteratior/uel astutior: sed ille/qui omnibus cōditionibus pensatis/melior est ad talem prelationem/ ad honorem dei/& ecclesiæ utilitatem. Aliter autem eligens/non uidetur diuinum iudicium euadere. Nam ut dicit Hiero. super Le uiti. & habetur. vii. q. i. c. licet ergo. Prælatus debet esse cæteris pre stantior/doctior/sanctior/& omni uirtute eminentior. Sicut enim caput est omnibus aliis membris corporis eminentius / & est subti lioris & purioris sanguinis. Sic p̄lati qui sunt capita spiritualia/de bent esse uite eminentioris/& purioris: atq; sanctioris. Aliter non sunt eligendi. ut inquit Ambro. in libro de officiis. Quis se cōmit/ tat ei quem nō putat plus sapere q̄ ipse sapiat qui querit cōsilium?

Propter q̄d ecclesiæ reli cta fuerunt t̄palia bona.

Tertio.

Grego.

Grego.

Iem.

iiii. Regū. x.

Grego.

Hiero.

Ambro.

Necesse est ergo/ut præstantior sit a quo consilium petitur/q̃ ille qui petit. Illi uero salutem nostram committimus/ qui est iustus & prudens. Facit enim iusticia/ut nullis sit fraudis metus. facit prudẽtia/ut nulla erroris suspitio sit. Tutius tamen uiro iusto/q̃ pruden ti nos committimus: quia consilium uiri iusti/frequenter sapientis

Idem Amb. simi ingenio præponderat. Hec ille. Qui etiam ibidem/ait. Quis enim in sceno fontem requirat/qui ex turbida aqua potum petat? Itaq; ubi iniustitia/ubi intemperantia/ubi uitiorum cõfusio. quid inde sibi aliquis hauriendum extimet? quis utilem animæ suæ iudicet/quem uidet inutilem uitæ suæ? quomodo potest iudicare consilio superiorem/quem uidet inferiorem moribus? Supra me debet esse/cui me committere uolo uel paro. Quomodo autem eum idoneum putabo/qui mihi dat consilium/quod non dat sibi? quomodo eum mihi uacare credam/qui sibi nõ uacat? Magna autem est

Grego. abusio/quando uerificatur illa Grego. sentẽtia. ii. moral. c. lxxviii. dicẽtis. Sepe conspicimus sapientes subesse: stultos uero arcem dominii tenere: sapientes seruiliter obsequi. stultos autem tyrannica elatione dominari. hec ille. Absurdum est/ut alios regat/qui seip

Nota sum regere nescit. Sed heu: quia in electionibus hodie non attenditur maior sufficientia: sed acceptio personarum. Et idcirco/non est mirum si languescente capite/cætera membra dolent. Nam tunc morbus totum corpus inuadit/si languor in capite curatus non fuerit. Bonos igitur prælatos/& sufficientes eligite/si boni esse cupitis. quia integritas præsidentium/salus est subditorum. xli. distin. c. miramur. ¶ Econtra autem. mala exempla Prælato

Eccle. x. rum/sunt causa damnationis subditorum: quia (ut dicitur Ecclesi. x.) Qualis est rector ciuitatis: tales sunt inhabitantes in ea. Taliter choreizat ouis: qualiter pastorem suum uidet choreizare. Et maxime quia diabolus suggerit in cordibus subditorum/peccata non esse ita grauia/ut prædicatur. Vnde eis ponit ante oculos/ mala exempla doctorum/superiorumq;/ac sacerdotum/& religiosorum. Vnde dicunt ignorantes subditi. Si licet doctoribus & Prælatis/qui aliis prædicãt hoc facere: quare non etiam nobis?

Nota hic. Profecto si uera essent quæ prædicant: non in uitiis permanerẽt. Si esset peccatum tenere concubinam: noster Episcopus/uel cardinalis/uel curatus/aut præpositus/non teneret concubinam. Si ẽt esset peccatum uenari. talis Cardinalis & talis prælatus/non exercerẽt officium uenationis. Si esset quoq; peccatum facere usu


tam:noster curatus/uel talis sacerdos/aut religiosus/non senera retur. Iterum.Si esset peccatum ludere ad taxillos & ad cartulas: noster curatus/uel æpiscopus/seu cardinalis/aut aliquis alius prælatus/talia non faceret.&cætera. Et sic per malam & inhonestam uitam superiorum Prælatorum: multi malefactores colliguntur/& confortantur in malo: ita quod semper retrocedunt a ueritate. Debent igitur prælati & Pastores animarum tenere bonam uitam: ut subditos eorum bono exemplo/ducāt & trahāt ad bene operandum.Nam Prælati sunt positi tāquam signum ad sagittam .Ideo dicitur quod uita pastoris debet esse exemplaris subditis. capit. cum pastoris.ii.qōne.vii.Prælati nanque scandalizantes suos subditos/tot mortibus digni sunt:quot mala exempla eis tribuunt. cap. præcipue.xi.qōne tertia.Et de omnibus animabus suis malis exemplis eorumque negligentia spiritualiter interfectis/& damnatis/reddēt Deo rationem in die iudicii: & dicetur eis. Reddite rationem uilicationis uestræ. Vnde cum eorum malis subditis æternis deputabuntur suppliciis:ubi maiora tormenta q̄ alii sine fine patientur. Quod confirmat beatus Gregorius dicens. Tot mortibus digni sunt negligentes pastores/quot negligunt animas. Vnde uideat quisque pastor uel sacerdos quomodo curam suam intrat: uel quomodo eam regat. uel qualiter in ea uiuat.uel propter quem finem eam susceepit.uel quomodo bona ecclesiæ expendat:ne a Domino ei obiiciatur in reddendo rationem yronice.Amice.scilicet/temporalium rerum/& non animarum. quomodo huc intrasti non habens uestem nuptialem.idest/charitatem. quia non propter charitatem.idest/Deum qui est uera charitas curam tuam intrasti: ut gregem tibi commissum pasceres uerbo/ & bono exemplo: sed ut pascereris ab eo.idest.ut negligens/& ociosus/ & uiuens luxuriose:& obmutescente dicat dominus. Ligatis manibus(ne possit se defendere)& pedibus(ne possit fugere)proiicite eum in tenebras exteriores.i.continuo perpetuæ urentes:quia plus dilexit lucrum temporale/q̄ animarum:pro quibus filius dei mortem sustinuit.Et quia hic uixit deliciose:& totus suspirauit in peccatis:totus suspiret eternaliter in pænis.Et quantum glorificatus est in deliciis uitæ huius.tantum locum date ei in tormentis: & facite eum mortem in inferno:& ardatur ut oleum inflamma.¶Econtra uero boni pastores/& boni prælati/qui bene rexerint ecclesiam dei.Et uerbo/ope/ac exēplo/mundum ædificauerint:recipiētur in uitā æter

Grego.

nam: & maiorē recipiēt beatitudinē: unde cuilibet eorum dicet/dñs. Euge serue bone & fidelis/quia in pauca fuisti fidelis: supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui. Studeatis igitur O pastores/O prælati/O pontifices/O cardinales/pascere gregē uestrum/pane boni exempli: ut ualeatis una cum uestris subditis peruenire ad gloriam sempiternam: ad quam perducat nos dominus noster Iesus christus qui est benedictus: & cui laus & gloria sit per infinita secula seculorum. AMEN.

Conclusio libri.

DEO (sub cuius custodia protegimur ab insidiis inimici) omnis uirtus/laus & gloria tribuatur: qui ordinauit hac dispositione totum mundum/ut omnia bona quæ sunt uel possunt esse/procedant & descendant a sua uirtuosissima perfectissimaque bonitate. Exaltetur nomen suum per omnes huius sæculi nationes. Gratiarum actiones illi ago: quia infudit mihi indigno seruulo donum suæ gratiæ: ita quod ipsa meam supplēte ignorātiam: ad sui laudem & gloriam/libellum de Summi dignitate Pontificis ad finem peroptatum deduxi. Hoc solum superest animaduertendum quod omnia dicta mea/ac meipsum (ut uerū decet filium) correctioni sanctæ matris ecclesiæ submitto. Et quisquis lector hunc perlegerit librum/prudentis utatur officio. ut si forte (quod absit) aliquas inuenerit spinas/rosas eligens/eas desinat. Quæso insuper mente deuota & humili ut apud Deum districtum iudicem/præsidium mihi suæ orationis impendat. & omne quod in me sordidum depræhenderit/orationibus diluat. Amen.



✠

✠ FINIS ✠

✠

Epistola ad .R.D.D. Epm Grassensem

Frater Masseus de Fruzascho regionis pedemōtanæ/ordinis minoꝝ/diuini eloquii humilis ac minimus præco. Reuerēdi. Dño. D. Augustino Grimaldo/Grassensi Epo. P. S. D.



Cum hisce supiorib⁹ diebus (Antistes optime) presens opus/lris ipressoriis cudendū darē: erroresq; calchographoꝝ solerti cura castigarē: mētē meā titillabat illud moralis Senecæ dictū. Ingrat⁹ est q nō reddit: ingratissim⁹ uero oīum q obliuiscitur. Idcirco: ne tanti criminis noxam incurrā (licet igrati crimē nō subterfugiā: igratissim⁹ tñ nō ero/ita ut obliuioni tradā tua imēsa bñficia/q̄ pluries dum apud te eēm una cum pceptore meo pñtis opis auctore Frē Thoma Illyrico/ac cum aliis sociis/recepi:) hoc Epistolii munere/te salutatum adire cēsui. Nō ut tui par sit: sed qđ meū est/Xenium offero. Feres. nō culpes/qđ ad tue culmen dignitatis & celsitudinē nō cōgruit. Exilis res ē. fatemur: Sed tua solita humāitas & prudētia q̄ sūma ē/rem tenuē/arduā reddet sua estimatiōe: qa maior ē aī itētio: q̄ muneris exhibitio. Maiora exhiberē/si forēt. Sed cogit religio: ipellit paupertas paucula tradere. Suscipias igr̃ q̄so benigna frōte tāti uiri op⁹ pclarissimum: defensoriū qdē & clipe⁹ (ut ita loq̄r) papalis stat⁹. Legas relegas. & uidebis qbus argumētis/errores refellat Martini Lutherii: quaue scōꝝ Patrū auctoritate/discolos mores/aliaq; uitia/qbus nunc pcutit̄ religio xpiana/exprobrat: & uelut bon⁹ athleta ꝓ ueritate pugnet Xpi. In eo siqdē libello/oīa luce clari⁹ auctor cōplex⁹ est/q̄ ad crimia detestāda & uitāda: & ad uirtutes capescendas/ac recte btēq; uiuēdū cōducere opportuna eē cēsent̄. Nec ī stuporē, te uertat hoc q tātū distulerim aliqd mittere uel scribere qđ tibi gratū foret. Id ī cāfuit. nuncioꝝ incōmodū: lociq; distātia. Hoc quoq; morabar: ut hi labores ī obscuro præ pecūiæ (cui oīa obediūt) īopia diuitūq; auaritia ac ueritate odio habita/iacētes: ad lucē deducerētur. Si. n. zælus dom⁹ dei & ueritatis quosdā diuites accēdisset: utiq; iam diu æditū opusculū de tenebris ad lucē ꝓdisset. Verūtñ deo pstāte/& quorūdā nunc amicoꝝ liberalitate opē ferēte/op⁹ diu optatum (licet multum dilatū sit) lumē excepit: & ī mediū cāpi cōtra filios diffidētiæ exiliuit: Tu igr̃ (pstātissime psul) ueritatē ī eo ɔtētā/tueri nō dedignaberis. Vale mi amātissime in Xpo pater. Ex Italia Cispadana/urbe Taurinēsi exaratū. 1523. X. Kalēdas Februarias.

BERNARDINVS PASTORIS, ARTIVM ET MEDICINE PRO FESSOR/CIVIS TAVRINENSIS LECTORI .S.

NOn possum nõ admirari hoiũ ingenia/
quæ uario exponuntur iudi
cio.Nam quædam clara esse uidentur/quæ uerboꝝ appa
ratum ostendunt.Et uelut in scena oblectãtur qui talia approbãt.
nec aliud in eis reperitur/nisi quod dormientibꝰ isomnis apparet/
cantus angelorum audiuisse:& excitati/se illusos inueniunt.Alii
alia diiudicant ingenia non longe his dissimilia/fulgida esse:quæ
ornatum dicẽdi sententiarum in se habẽt:sed rem nodosam & in
culcatam (hec dicunt subtiles & acutas snias) Aequiparamus hec
iis qui calore accensi/sitim patiuntur/& sub arboris umbra sorbi
cõfugiunt/q̃ licet oblectamẽtum umbra æstuãtibus ferat:& sitim
patientibus poma sorbæ extinguãt:manducantibus nihilominus
stuporem dẽtibus inferunt:ita ut cibos bonos mãducare ꝓhibeãt.
Sic q mulcentur obscuris & intrincatis sermonibus cum uerboꝝ
applausu/mediocritatem dicẽdi cum uerboꝝ lenitate omnino con
temnunt:tanq̃ uana & inutilia/mediocria spernunt. Non consi
derantes Saluatorem omnium nostrum exemplar/media eligisse
& approbasse:(cum oĩa extrema uitiosa dicant)& q obscuris dele
ctantur/ad obscura descẽdunt/ubi nullus ordo. Quare mi lector
hos renue libros:hæc sperne ingenia/quæ tempus conterunt &
consumunt:ut difficilia tm̃ & obscura promulgent.Non ædificãt/
sed destruunt. Solum suam famam/non aliorum quærunt. Hæc
faciunt/ut magni nomen auctoris assumant.Sed propera tantum
modo libros legere/qui ædificãt:& pro aliena utilitate ac cõmodo
summis uigiliis/uiribus totis/nituntur summaope ut fructificent.
Non suis comodis tm̃/quantum alienis student. Horum numero/
ascribiturq; libellus iste sale conditus a Reuerendo Fratre Thoma
Illyrico de Auximo/Seraphicæ religionis diui Francisci æmula
tore/& obseruatore:qui nolens talentum domini sui in sudario
ut seruus negligens reponere:sed sollicitus in dies augumentare
conatur.Quod summis uigiliis,& lucubrationibus auxit. & au
ctum emittere studuit:& emissum/calchographis cudẽdum tra
didit ad omnium utilitatem bonorum/ac frugalitatem. æmulo

rum uero/ac detractorum uaneloquentium uilipendium:ut his sit uelut cib⁹ bonus/febricitantibus malus:sanis uero salubris & utilis(afferente Archiatro Hypocrate.7. particula aphorismorum/Aphorismo.67.)Cibus quem accipiunt febricitantes/sanis ē uirtus: infirmis uero morb⁹.Hic enim libellus quātitate qdē paruus uirtute magnus/potestatem papæ ad quid/& quātum se extēdat/optime demonstrat:necnon errores quorundam bulistarum/ac ēt falsitates cuiusdam Martini Lutheri contra Christi Vicarium detrahentis/quadam facilitate reiicit & damnat/bonis fundamentis/corroborando dictis sanctorum Patrum/ac priscorum auctoritate doctorum: ne propria mente/ac ingenio/errores refellere uideatur.Ita refellit & reprobat/ut si propria eorum synteresi diiudicarent/seipsos damnarent:& uera esse quæ hic continet approbarent. Sed quia habitum in erroribus fecerunt/similes illorum facti sunt de quibus in æuangelio(dicente domino)ut uidentes nō uideant/& intelligentes non intelligant.quoniam habitus ipsoꝝ est de difficili mobili a subiecto.Ideo in bullatos/ac alios falsos ecclesiasticos inuehit/qui sacrosanctæ matris ecclesiæ seruituti se addixerint:& tanq̄ apostatæ/& antixp̄i præcursores/præcepta sacrorum canonum peruertunt/& ad nihilum fere deducunt:Et nouas constitutiones in abusum obseruant/licet malis pro bonis utātur. Et nisi reparatio ecclesiæ/nouaq; instauratio fiat/peior erit ecclesiasticus ordo q̄ laicorum.Propter quod hunc reiiciunt/& abnuūt (dicentes)Nauseat libellus iste super nos.Qui optimis lectorib⁹/erit tanq̄ manna patribus:legentib⁹ saluberrimum cōdimentum: audientibus consonum. Videntes ordinatum opusculum/laudabunt auctorem:& properabunt ad uenditorē.nō æri/nec argento parcent.Gratias referent inuentori Fratri Thomæ Illyrico apostolico declamatori/qui non pepercit uigiliis & laboribus/ut scriptis nobis documēta relinqueret:ut Bulistarum/& Martini Lutheri/malorumq; christianorum cuiuscunq; status/artis existentium/errores/nec non eoꝝ deliramenta/omnino uitare discamus/ne cum eis corruamus. Vale lector. Ex Augusta ligurum Taurinorum/antiqua stirpe exarata.'Anno parthonopei partus cētessimæ quinquagessimæ secundæ decados: Anno tertio: Kalē.X.Februarii.

Decastichon in operis comendationem.

Ignotus latuit Thomas non uile minorum
Mancipium cuius nunc sua fama micat.
Excudit uarium sermonibus arte diserta
Hic opus: impressit docta Tholosa prius.
Nunc aliud Papæ clarum quo summa potestas
Pingitur: excudit Dalmata noster opus.
Arguit & mores hominum: ritusq; nefandos
Crimina: quæ mondo/nunc manifesta uigent.
Pro quo debentur laudes & gratia summa
Illyrico patri: qui dedit istud opus.

Accipe xpiane lector libellũ de Christi Vicarii potestate expletum: solertiq; diligẽtia reuisum/ & castigatum: In alma Taurinensi ciuitate/p Magistrum Ioannem angelum/& Bernardinum fratres de Silua Calchotypos/ac bibliopolas egregios/excussum & exaratum. Sumptib⁹ uero commendabilis Merchatoris Dominici bruna de Fruzascho: & proborum uirorũ Michaelis/Antonii/& Mathei fratrum de seruais Pinaroliẽsium. Anno salutiferi partus. 1523. die. 23. Ianuarii.

